5515

Libri politicoꝝ Aristotelis cum cõmẽto multũ utili et cõpendioso magistri Johannis versoris. tractantes de ciuitatum et rerum illaꝝ necessitatem respicientium salutifera gubernatione pro ciuium conuictu pacifico.

030029001

Quoniam omnem ciuitatem videmus cõmunitatẽ quandam existentem: et omnem cõmunitatem boni alicuius gratia institutam. Cuius eñ (quod videtur boni gratia) omnia operantur omnes. Manifestum q̃ omnes quidem bonuꝫ aliquid coniecturant. Maxime autem principalissimi omniũ. maxime principalis. ꝛ omnes alias circumplectens. Hec autem sunt que vocantur ciuitas et cõmunicatio politica:

Queritur primo utꝫ intentio politice sit de summo hominis bono.

Arguit primo q̃ non. quia summum hominis bonum est felicitas ipa. de qua nõ tractatur in politica. sed in ethica libro primo et decimo Secõ sic summum hominis bonum videtur consistere in speculatõne nobilissimi obiecti. vt dicitur decimo ethicoꝝ. hoc aũt ad istam sciaꝫ nõ spectat. cum sit practica. ergo ꝛc. Tercio sic. politica nõ est scia cõmunissima. sed spãlis respectu ethice. vt videtur. cum ethica consideret de pfectõe hominis in vniuersali. politica vero fm q̃ stat in ciuitate. ergo ꝛc.

In oppositum est phs primo politicoꝝ. In hac questione erunt duo puncta. In primo videbitur de ptibus moralis phie. et cõparatõne earum ad inuicem. per qõ respondebitur ad questum. In secundo videbunt alia cõmunia circa principia libꝛorum occurrentia Pro primi expositõne

Sciendum primo.

Q̃ plato phiam diuisit in tres partes. scz in ratõnalez naturalem. et moralem. que quidem diuisio manifestari potest ex comparõne scibilium ad ratõem nostrã Omne eñ scibile circa quod versatur phia. aut est a nobis operabile. aut nõ. Si non est operabile a nobis sic circa tale versatur naturalis phia. que fm Platonẽ dicitur omnis illa scientia que est de rebus extra animam a nobis nõ opabilibus. sicut omnes scientie mathematicales phisicales. et etiam metaphisicales. Alio modo scibile potest compari ad intellectum nostrum vt operabile a nobis. Et hoc multipliciter. quia illud operabile a nobis si sit infra strates et limites intellectus practici. tunc ratio ordinat conceptus suos ad inuicem et signa ꝛceptuum. que sunt voces significatiue. et de his est ratõnalis. Alius aũt est ordo scibilis ad scientiã quem rõ considerando facit in operabilibꝫ voluntatis. et de his est moralis phia que versatur circa actus humanos ꝺ propter hoc humani dicuntur. quia ꝓcedunt a deliberatõnibus ratõnis. Omnes aũt artes mechanice versantur circa ea que operantur a nobis in rebus exteriozibus

Sciendum secõ. q̃ homo naturaliter est animal ciuile et politicum. vtputa indigens ad suam vitam multis que sibi solus preparare non potest. Ideo conueniens est q̃ homo naturaliter sit pars alicuius multitudinis per quam prestatur sibi auxilium ad vere viuendum. Indiget autem homo tali auxilio propter duo. Primo ad ea que sunt necessaria vite. sine quibus hec vita duci nõ potest. ꝛ ad hoc auxiliaꝫ hõ domestica multitudine cuiꝰ est pars. nam quilibet homo a parentibus habet generatõnem et nutrimentum. Similiter autem singule familie auxiliantur sibi inuicem ad vite humane habenda necessaria. Sed propter aliud etiam indiget homo alterius auxilio. scz propter vite sufficientiam perfectam. vt homo non solum viuat. sed etiam bene viuat habens omnia que sufficiunt ad vitam. tam ex parte eozum que cozpozi subseruiunt. sicut sunt multa artificialia. q̃ ex pte virtutum anime. sicut sunt publice leges ꝛ hmõi.

¶ Sciendum tercio q̃ ciuilis multitudo siue etiam domestica est quoddam totum habens solius ordinis vnitatem. Ideo pars huius totius potest habere operationem distinctam ab operatõne totius et econtra. Et inde est q̃ moralis philosophia in tres partes diuiditur Prima autem pars hominem instruit fm se. docet eñ nos quomodo viuamus honeste. ita vt vnusquisq̃ recte se habeat ad debitum finem. et illa dicitur monastica quam ethicam vocamus. Secunda vero pars considerat operatões multitudinis domestice. que vocatur economica. et hec pars instruit hominem inquantum ipse est pars aliqua domestice cõmunitatis quia suppositio ex libꝛis ethicoꝝ q̃ homines de domo viuant fm mozes et virtutes vt tendant ad humanam felicitatez adipiscendam. tamen modus viuendi multas exigit differentias speciales quo ad diuersas partes domus Tercia autem pars considerat operatõnes multitudinis ciuilis. que vocatur politica. de quibus est ad ꝓsens dicendum. Nec enim politica instruit hominem inquãtum est pars ciuitatis sicut enim in diuersis domibus operationes diuerse sunt. aut etiam partibus diuersis eiusdem domus. vt habetur in primo capitulo huiꝰ primi politicozum. Ita in diuersis politijs et in diuersis ptibus politie aliter et aliter operandum ẽ et viuendum.

¶ Si quis autem quereret de rethozica ꝛ poetria an sint partes moralis philosophie Etsi sic. videt q̃ diuisio predicta est insufficiens. Videtur esse dicendum q̃ moralis philosophia habet duas partes. Unam principalem. et aliam adminiculatiuam siue instrumentalem Prima ergo et principalis (que docet bene viuere) tradit in libꝛis ethicozum. economicozum et politicozuꝫ

Secunda vero se habet ad modum logice que tradit modum docendi in scientijs speculatiuis. Nam poetria et rethozica quodãmodo docent modum docendi vitam moralem. et vtraq̃ dici potest logica moralis. sicut Arestoteles primo rethozice dicit. q̃ rethozica est logice assecutiua.

Conclusio prima.

Propria intentio politice est de summo et optimo hominis bono quod potest in hac vita haberi. Patet q̃ optimus finis pertinet ad principalissimam scientiam et maxime architectonicam. sed ciuilis scientia est huiusmodi. ergo ad ipsam spectat considerare vltimum hominis finem. Maioꝛ patet per Arestotelem primo ethico

rum dicentem. q illa ars que est de fine est principalissima respectu illarum que sunt de mediis. Minore etiam probat phus ibidem de duobus que pertinent ad scientiam et arte architectonicā. Quorum vnum est q ipa precipit scientie vel arti que est sub ipsa qō debet operari sicut militaris precipit equestri et frenefactiue. Aliud est q architectonica vtitur aliis ad finem suum. Politica autem precipit oīm scientie. sed differenter in speculatiuis z practicis. quia practice scientie precipit nedū quātum ad exercitium actus. sed etiam quantum ad determinatōnem actus. sicut politicus precipit q fiant in ciuitate gladij. z q fiant sic vel sic. Speculatiue vero nō precipit nisi quantum ad exercitium. sicut politicus bene precipit q aliquis studeat astrologiam vel musicam et alius aliam scientiam. quod congruit ciuitati. sed non precipit geometrie q de triangulo concludat hoc vel illud. quia illud nō subiacet voluntati. Alie autem ꝑtes scientie arithmetice (que scz est vti scientijs inferioribus) pertinent ad politicam respectu practicaꝝ Unde dicit phus primo ethicorum. q precios̄issime. id ē nobilissime virtutum. id est artium optimarum sunt sub politica. sicut economica et rethorica. quibus oīb⁹ vtitur politica ad suum finem. scz ad bonum cōmune ciuitatis. Exquo patz ordo huius scientie ad alias partes moralis philosophie. Nam sicut homo p̄ius ꝓsideratur in se perfectibilis fm virtutes. et operatōnes familiares q̄ fm q est pars ciuitatis. Sed aliquis quere re posset quis est ille finis vltimus hominis circa quē ē politica. Dicendū q est felicitas actiua. que cōsistit in operatōne fm virtutem in vita perfecta. que est vita ciuilis. cum ipa per se sit sufficiens. Politica autem intēdit quelibet hominem in ciuitate viuentem proficere in suis operatōnibus ad bonum totius gentis. Ideo ex hoc arguitur eius perfectio. Nam intentio politice est perfectior q̄ intentio ethice. quia si amabile est vnicuiq; procurare bonum et procuratum bonum seruare. perfectius erit hoc bonum procurare et seruare toti cōmunitati. et etiam toti genti et ciuitatib⁹ pluribus. hoc enim magis assimilatur summo bono. scz deo. qui est vniuersalis omniū bonorum distributor. Sed ethica vni homini in se (et non vt est pars ciuitatis) intendit bonum illud procurare et seruare. Est tamen diligenter aduertendum q illud humanum bonum quo ad ipius q̄d ditatem ethica perfectius considerat q̄ politica quia in illa inq̄sitiue et determinatiue determiat. qz (vt dr phs primo ethicorum) cognitio illi⁹ ad vitam magnum habz incrementum. Sed politica solum considerat de felicitatis quidditate tantū presupositiue. sed verum est quātum ad procuratōnem et saluatōem eius dignius vel diuinius et perfectius politica ipsum considerat et scrutatur. Et per hoc patet solutio prime rationis ante oppositum. Et hec de primo puncto.

Dubitatur primo

Quid est subiectum in hac scientia Ad hoc est dicēdum q subiectum in hac scientia est ciuitas fm doctrinam sanctum. Sed fm dominū Albertum cōmunicatio ciuilis fm ordinem recti et iusti. in quo ostenditur homo perfectus fm virtutem esse subiectum in hac scientia. Et ista non multum differunt. quare ergo probat q ciuitas siue cōmunicatio ciuilis sit subiectū in hac scientia. quia sic se habet subiectum ad scientiam. sicut obiectum ad potentiam vel habitum. proprie autem assignatur obiectum alicuius potentie vel habitus illud sub cuius ratōne omnia referuntur ad potentiam vel habitum. sicut homo et lapis referuntur ad visum inquātuz sunt colorata. ideo color est obiectum visus. Omnia autem que tractantur in hac scientia vel sunt ipa cōmunicatio ciuilis. vel ipa ciuitas. aut que habēt ordinem ad ciuitatem. Nam ciuitas fm Augustinum nō est aliud q̄ concors hominum similitudo et ciuiū ordinatio Omnis autem politia ideo dicitur politica. quia continet et seruat ciuitatem in concordia et ad bonum ciuitatis ordinatur. Possessiones huius subiecti sunt rectum z iustum quibus cōmunicat homo his qui sunt in domo vl ciuitate fm ordinem politie. Et sicut dicit Tulli⁹ omnia illa principia (quibus concludūtur passiones in subiecto) perficiuntur a tribus. scz a pari. a pacto. et a iudicato. vt scz fiat omnis equalitas inter cōmunicantes. ne scz alter velit habere plus in lucro et minus in damno. vt etiam teneantur pacta. quia hoc est principiū equitatis. vt habetur quinto ethicorum. cum leges et pacta seruentur zc. Unde tullius in primo sue rethorice dicit q lex est ius scriptum honestum precipiens. prohibens q̄ contrarium. Et etiam teneatur iudicatum expedit. quia in talibus illud quod a principe ex consilio seniorum decretum est legum habere vigorem dicitur. Sic ergo patet de subiecto huius scientie. passionibus z pn cipijs. per que passiones demonstrantur de subiecto.

Patet insuper q hec scientia est practica simpliciter. et ex parte subiecti. et ex parte finis. Ex parte quidē subiecti. scz ciuitatis et cōmunicatōnis ciuilis. que operantur a nobis. Ex parte autem finis. quia ipa non habet pro fine tantum veritatem. sed etiam operari fm virtutem in vita ciuili. Unde quelibet pars moralis philosophie practica est. quia vt dicit Arestoteles secūdo ethicorum. scrutamur quippe quid est virtus non vt sciam⁹ sed vt boni efficiamur. Unde felicitas actiua siue politica (que est finis huius scientie) est operatio anime fm virtutem perfectam. vt ibidem habetur. et hec virtus ē prudētia politica. Quicunq; em scit se et alios bene regulare fm prudentiam in vita ciuili est felix felicitate de qua loquitur philosophus hic. quia aliam felicitatem in decimo ethicorum ponit cōtemplatiuam. que consistit in operatōne perfecte virtutis. que est sapientia. sed de ista in decimo ethicorum determinatur clarius

Dubitatur secundo de modo procedendi in hac scientia. Ad quod dicendum q fm philosophū modus ꝓcedēdi in toto negotio scientie moralis ē grossius et figuralis. oportet em in talibus figuraliter procedere quia gesta moralia complete sub narratōne non cadūt. Possumus aūt triplici via venari q oportet modum ꝓcedendi in hac scientia esse figuralem et grossiuz. Prima sumitur ex ꝑte materie circa quam versatur huiusmodi ars. Secunda sumitur ex parte finis. qui intenditur in hac arte. Tercia sumitur ex parte illius qui erudiend⁹ est per talem artem. Prima via sic patet. Nam sermones in omni scientia sumendi sunt fm proportōnem materie subiecte. sed in hac scientia (que est de actibus humanis) non est certitudo querēda. cū in actib⁹ humanis sit magna incertitudo. ergo modus ꝓcedēdi nō oz ē q

rationes subtiles. sed per rationes topicas et figurales Unde videtur natura rei moralis esse opposita negatio mathematico. Nam mathematicalia sunt in primo gradu certitudinis. vt ait commentator secundo metaphysice. Ideo mathematicus vtitur rationibus subtilibus et demonstrationibus certissimis. Morales aũt rationes sunt superficiales et grosse. sicut ergo geometrie non est persuadere sed demonstrare. ita politice non est demonstrare. sed persuadere. Propter quod primo ethicorum dicitur. q̃ propinquissimum et par peccatuz est mathematicum persuadentem acceptare. et rethoricum demonstrantem expetere. Secunda via sumitur ex parte finis qui in hac arte intenditur. Nam (vt nuper dicebatur) hoc opus traditur non vt sciamus. sed vt boni efficiamur. Finis ergo intentus non est cognitio sed est opus. nec est veritas. sed est bonum. ergo rationes subtiles magis illuminent intellectum. superficiales vero et grosse magis immoueant et inflãmant affectum. Unde in scientijs speculatiuis (vbi magis et principaliter queritur illuminatio intellectus) procedenduz est demonstratiue et subtiliter. Sed in negotio morali (vbi queritur perfectio voluntatis. vt sc̃z boni fiamus) procedendum est grosse et figuraliter seu persuasiue. Tercia via sumitur ex parte auditoris. qui erudiendus est in hac arte. cuius enim quilibet homo non possit esse rex vel princeps. vel rector ciuitatis aut quid huiusmodi. quilibet tamen debet diligere et studere diligenter. vt sit dignus regere t principari. vt dictum est. quod eẽ non potest nisi per hanc scientiam erudiatur. Totus ergo populus quodammodo viget acumine intellect⁹ Propter quod dicitur tercio. q̃ quanto maior est populus tanto minor est intellect⁹. Et Aristoteles primo ethicorum dicit q̃ auditor moralis philosophie est simplex et grossus. Cum ergo populus subtilia comprehendere non possit. ideo intendit in hac scientia grosse t figuraliter procedere. Unde quia per philosophum in primo huius dicitur. que oportet dominum scire precipere. hec oportet subitum scire facere. si ergo p̃ hanc scientiam instruantur principes quomodo debeant se habere. et qualiter debeant subditis suis imperare. oportet hanc scientiam extendere vsq̃ ad populum. vt sciat qualiter debeat suis principibus et rectoribus obedire. Patet ergo ex omnibus dictis cui parti philosophie supponitur hec scientia. et q̃ inter partes moralis philosophie ipsa est precipua. cum tractet de bono reipublice. et intendit vltimum finem humane vite Patet etiaz quis sit ille vltimus finis. Patet insuper de subiecto huius scientie. et q̃ ipsa est practica. et quis est modus procedendi in ea. et quis conueniens ei⁹ auditor. De aliis autem causis. sicut de efficiente et de forma satis notum est. Nam Aristoteles fecit et composuit hũc librum et ideo est causa efficiens. Formalis autem causa est duplex. sc̃z forma tractandi. et forma tractatus. Forma tractandi seu procedendi est prosaicus. definitiuus. diuisiuus. exemplorum positiuus. et aliqualiter practic⁹. Forma tractatus est diuisio libri in octo partiales libros. et diuisio librorum in capitula

Ad rõnes añ oppositũ

Prima soluta est ex dictis. sc̃z ex vltimo notabili prime partis. Ad secundam dicendum q̃ ipsa arguit de obiecto felicitatis contemplatiue. de qua agitur in metaphysica. et etiam aliqualiter in decimo ethicorum. que est sapientia. Hic autem agitur de optimo bono in vita actiua. Ad terciam dicendum q̃ hoc negandum est q̃ ethica est cõmunior politica. vniuersalius enim est bonum commune totius gentis q̃ bonum vnius hominis. de quo est ethica

¶ Quicunq̃z igitur idem existimant politicũ et regale. et economicum t despoticum idẽ. non bene dicunt. Multitudine autem et paucitate putant differre. sed non specie hõrum vnũquodq̃. Puta si quidem paucorum paterfamilias. Si autem plurium economicum. Si autem adhuc plurium politicum vel regale. tanq̃ nihil differentem magnam domum et paruam ciuitatem et politicum et regale. Quando quidem ipse preest regale. quando autem fm sermones discipline. talis fm partem. principans et subiectus politicum. hec autez non sunt vera Manifestum autem erit q̃ dicatur intendentibꝫ fm subiectam methodum: sicut enim in alijs compositum vsq̃z ad incõposita necesse est diuidere hoc enim minime partes totius. sic t ciuitatem ex ciuibus componi considerantes. videbimus et de his magis quibus differunt ab inuicem. Et si quid artificiale ptingit accipere circa vnũquodq̃ dictorum. Si quis enim ex principio res nascentes viderit. quodãmodo et in alijs. t in his optime vtiq̃z sic cõpensabitur: Necesse itaq̃ primum combinare siue in vita non possibiles eẽ nisi sil. puta feminã t masculũ generatiõnis gratia. et hoc non ex electõe. sed sicut in alijs animalibus et plantis appetere naturale. quale ipsum tale derelinquere alterum. Principans autem et subiectum natura propter salutem. Q̃ quidem enim potest mẽte prouidere. principãs natura et dominans natura. Q̃ autem potest

boc corpore facere subiectum et natura seruum propter quod domino et seruo idē expedit. Natura quidem distinguuntur femina et seruus. Nihil enim natura facit tale quale erit figulatores delphicū gladium pro paupere. sed vnuz ad vnum. Sic enim vtiqz perficitur optime organorum vnumquodqz non multis operibus. sed vni seruiens. Inter barbaros autē femina z seruus eundem habent ordinem. Causa autē quia natura principans nō habet. sed fit cōmixtio ipsorum sem̄e et serui. Propter quod dicūt poete barbaris quidem grecos principari congruetanqz sit idem natura barbarum et seruum. Ex his quidem duabus cōmunitatib9 domus prima. et recte Ysiodus dixit poetrisans domū q̄dem preeminentem mulieremqz et bouem aratorem. Bos em̄ pro ministro pauperibus est. In omnē q̄dem diem constituta communitas fm naturam domus est. quas karondas quidē vocat omociphios. epymenides autem ocres omokapnos. Ex pluribus autem domibus cōmunicatio prima vsus non diurnalis gratia vicus. Maxime autem videtur fm naturam vic9 vicina domo esse. quod vocant quidam collectaneos puerosqz puerorū pueros. Propter q̄d et primum rege regebantur ciuitates. ex nunc z adhuc gentes ex subiectis regi. Omnis em̄ domus regitur a senissimo. quare z vicine propter cognitōnem. Et hoc est quod dicit homerus. leges statuit vnusquisqz pueris et vxoribus dispersum enim et sic antiquitus habitabant. Et deos autem propter hoc omnes dicunt regi: qz et ipsi hi quidem adhuc et nunc. hi autem antiquitus regebantur. sicut autem et species sibi/ipsis assimilant omnes. sic et vitas eorum deorum. Que autem ex pluribus vicis cōmunitas perfecta ciuitas. iam omis habens terminū suf/ficienter. vt consequens est dicere. facta quidem ergo viuendi gratia. Existens autem gratia bene viuendi. propter quod omnis ciuitas nata ē. si quidem et prime cōmunitates Finis enim ip sa illarum natura finis est. Quale em̄ vnūquodqz est generatione perfecta hanc dicimus naturam esse vnūscuiusqz. sicut hominis equi domus. Adhuc quidem cuius gratia et finis optimum per se. Sufficientia aūt finis et optimuz:

Queritur utrū in cōmunicatōne humana necessarij sint principatus specifice distincti Et quia questio vnum presupponit et aliud querit. Nam presupponit q̄ necessarius sit principatus in humana cōmunicatōne. Ideo arguit contra psupposi/tum. qz possibile est homines esse in humana cōmunicatione amicos. et per consequens bona eorum erunt cō/munia. et homines cōmunitatis erunt in amicicia equales. modo vbi est equalitas. ibi nō est p̄ncipatus. ergo in cōmunicatōne humana nō sunt necessarij principat9 Deinde arguitur contra quesitum. scz q̄ principatus nō sunt specie distincti. Nam in humana cōmunicatiōe principatus nō sunt nisi homines principantes. modo homines principantes non differunt specie. ergo nec p̄ncipatus. In oppositum est ph̄us in textu

Sciendum primo.

Q̄ p̄ncipatus (vt ad ꝓpositum sufficit) est naturalis potentia vel abilitas aut habitus acquisitus quo homo scit se bene habere ad suos subditos ipos dirigendo ad bonum finem. Et per oppositum subiectio est abilitas naturalis vel acquisita quo homo bene scit se habere ad superiorem. subiectio quidez est inclinans ad hoc q̄ possit regulari fm mentem principis. Ex quo patet q̄ est dare principem. et q̄ p̄ncipatus est in humana cōmunicatōne. Et hoc vult ph̄us in isto primo capitulo dicēs. Qui potest mente prouidere natura princeps est. q̄ nō potest mente prouidere natura seruus est. Vnde patet q̄ in hominibus principatus quidam est naturalis. z q̄dam acquisitus. Acquisitus tamen principatus nō debet esse in homine. nisi in illo qui ceteris scientia z intellectu p̄eminet. secus est de p̄ncipatu naturali.

Sciendum scdo. q̄ quatuor sunt ꝓditōnes p̄ncipis. que ptinētur in hoc versu. Precipit. z premiat. punit. honore p̄est. Debet em̄ p̄cipere suis subditis quid agere deueniat pro bono ciuitatis. Secundo debet p̄miare bonos. Tercio debet punire peruersos. Quarto alijs aut ad alios hz p̄esse. qz p̄nceps dz eē honorabil' hō super suos subditos. z etiā ꝑtuosos. qz sol9 ꝑtuosis dign9

est honore. Consequēter subditis attribuunt quattuor cōditiones. pma est obedire preceptis. secūda est q debent rōne obedientie sperare a principe premium. tercia est timere supplicium. quarta conditio boni subditi est velle superiori suo honorem impendere

Sciendum tercio. q necessarium accipitur dupl'r Uno modo. p illo sine quo res non pt esse Alio modo. p illo sine quo res nō potest diu durare. z ita accipitur necessariū vltimo modo in titulo questionis.

Conclusio prima

In cōicatione humana necessarius est principatus. Cōclusio nota est. quia princeps est ille ad quem spectat iusticiaꝫ exercere. Accedens probatur. scz q necessaria sit iusticia. ꝗa si non esset iusticia distributiua vnicuiq; tribuens qō suum est iuxta posse. vl'fm q congruit cōmunitati. oriēt̄ur in cōmunicatione humana multe rixe z multa iurgia. que omnia pacificanf seu sedantur p iusticiam. ergo est necessaria. sz princeps eaz exercere potest. ergo necessarius est pncipat⁹.

Rursum sicut est in natura ita debet esse in humana cōmunicatiōe. sed ita ē in natura q vnus princeps ē necessarius. igit̄ur zc. Maior est nota. quia ōt pbus q humana cōmunitas instituta est a natura. Et minor patet. qz in natura est vnum primum principans in toto vniuerso. sicut deus gloriosus. Et hoc apparet cuz dixit saluator Regnū meum non est de hoc mundo. Sed vt videamus de pluralitate principatuū. Sciendum q omnis humana cōmunicatio ordinatur ad aliquos actus quoz ꝗdam sunt diurnales z ꝗdiani. vt comedere z bibere Alij sunt nō ꝗtidiani. vt mercari vel pugnare. illa autez cōicatio humana diurnalis z quotidiana pma est. z vocatur domus. z cōtinet tres cōmunicationes. Prima est viri z mulieris. z primus principatus illius cōmunicatōis est nuptialis Secūda est domini ad seruū. z principatus in ista ōr desposticus. id est domialis. despotes em̄ grece ōr dominus latine Tercia ōr patris ad filiū. z principatus in ista ōr paternus. Ex ꝗ seqūtur. q in ꝗlibet domo pfecta sunt tres principat⁹ predicti. Item in qualibet domo requruntur quattuor persone scz pater mater filius z seruus. Et si dicaf. q ē alius pncipatus. scz matris ad filium. Et etiam est aliqua domus in qua nō sunt iste quattuor persone. Ad pmuz ōr. q talis reducitur ad paternū. quia filij non sunt in potestate matrz Ad aliud ōr q illa domus non est pfecta in qua nō sunt illa quattuor. de necessitate tamen domus est q ibi sit vir et mulier. dominus z seruus. non ꝗdem q dominꝰ z vir sint distincte plone. sed referunf diuersis relationib⁹ ad diuersa. Si autē sit aliqua domus in qua nō est ꝟuus sed sit ibi bos vel asinus illa supplent vicē seruj. qz vt ōr in textu bos pro mīstro pauperibus est. Sed in cōmunicatōe politica et non quotidiana sunt alij sex pncipatus. ꝗ sic possunt distingui. qz vel princeps intendit bonū cōitatis vel non. si sic vl' pncipatur vnus z sic est pncipatus regalis Vel pauci virtuosi. z sic est aristocracia. dicta ab ares quod est virt⁹. et archos pnceps quasi pnceps virtuosus. Vel multitudo dominatur. z sic ōr generali nomīe policia. vel al's rhymocracia. a rhymos quod est bonum z archos pnceps quasi bonus pncipatus. Si autem pnceps pfert bonū puatum bono cōmuni vel talis est vnus tyrānus. sic ōr pncipatus tyrānicus. a tyro quod est fortis. quia fortitudine z vi opprimit subditos. vel ōr a tyro quod est angustia. quia angustiat z cruciat subditos Si vero pauci diuites nō intendentes bonū cōe. sic principatus ōr obligariticus. ab obligon quod est deuiatio vel diuitie. z archos pnceps ꝗsi principatus diuitiaꝫ. qz exactionando z pecunias ꝗrendo populū regunt. Si autem multitudo populi dominef nō intendens bonū cōe. sic ōr democracia. a demon qō est ppl's. z archos pnceps Et sic p3 nouē sunt pncipatus in cōicatione humana. quoz sex sunt boni. s. in domo pfecta tres. et in policia tres. s. tres pmi. z tres sunt mali. scz vltimi.

Conclusio secūda. pncipatus domestici z ciuiles distinguunf specie Probatur. qz illi pncipatus sunt distincti q̄ ordinanf ad diuersos fines. qz in moralibus spēs sumit̄ a fine sed isti pncipatus sunt hmōi. ꝗ Minor patet. quia principatus domesticus ordinatur ad bonum domus. z ciuilis ad bonum commune ciuitatis

Conclusio tercia. pncipatus nuptialis differt specie a despotico. quia etiam ordinanf ad diuersos fines. qz nuptialis ordinatur ad generatōem prolis. z despoticus ad puidendū necessaria. puta cibaria z hmōi.

Cōclusio quarta. pncipatus ciuiles differūt spē Patet qz boni pncipatus differūt a malis. Item z aliter regit vnus q̄ plures. z aliter pauci q̄ multi. Item rōne finis. qz vnus intendit bonū cōe. alius puatū. De diuisione aūt hoz pncipatuū latius patebit in tercio huius

Ad rōnes Ante oppositum

Ad prima ōr. q licz aliquo tpe aliq̄ sine pncipatu pūt esse amici. non tamē diu sic manerent. z hoc est ideo. ꝗa ad diuersitatem temporis sequitur diuersitas animoz. Et sic non seqūtur. q si essent amici. q ideo essent equales. qz etiaꝫ superiores nostros amamus. ꝗbus tamen non sumus eq̄les Ad secundam conceditur cōsequens. z negatur cōsequentia. quia licet homines sint eiusdem spēi. nō tamen omnes opationes eoz sunt eiusdem spēi. ideo aliud est pncipatus z homo. Aliud em̄ est ptenda vel dignitas z hō. et ita est equiuocatio in verbis

Ex bis ergo manifestum q eorum que natura ciuitas est. et q homo natura ciuile animal est. et qui inciuilis propter naturam z non propter fortunaz prauus est aut melior q̄ hoc. Quē admoduz qui ab Homero maledictus insocialis illegalis. sceleratus. simul enim natura talis belli affectator. veluti sine iugo existens. sicut in volatilibus. Q autem ciuile animal homo omnium ope z omni |gregali animali magis palam. Nihil enim (vt aimus) frustra natura facit. Sermonē autem solus habet homo supra aialia. vox quidē ergo delectabil' z tristabil' est signū. ppt̄ qō z alijs existit aialib⁹ vsq; ad hec enim eorum natura peruenit. vt habeāt sensum tristabilem et delectabilem. et hoc significent inuicem. Sermo autem in ostendendo

conferens z nociuum. quare z iustum z iniustū Hoc enim p̄ter alia animalia hominibus p̄o p̄rium est solum: boni et mali. iusti et iniusti. et aliorum sensum habere. Horum autem com/ municatio facit domum et ciuitatem Et p̄rius ita q̄z ciuitas q̄̄ domus. z vnusquisq̄z nostrum totum p̄rius necessarium esse parte. Interem/ pto enim toto non erit pes neq̄z manus nisi eq̄/ uoce. vel si vt quis dicat lapideaz. corrupta em̄ erit talis. omnia enim opere distincta sunt et virtute. quare non iam talia existentia non di/ cuntur eadem esse. sed equiuoca. Q̄ quidem er go ciuitas natura p̄rioz q̄̄ vnusquisq̄z nostrum sic enim non per se sufficiens vnusquisq̄z segre/ gatus. similiter in alijs partibus se habebit ad totum. non potens aut communicare aut nul/ lo indigens p̄opter se sufficientiam nulla pars est ciuitatis. Quare aut bestia aut deus. natu/ ra quidem impetus in omnibus ad talem com munitatem. Qui autem primus instituit maxi mozum bonozum causa. Sicut enim perfectuz optimum animalium homo est. sic et separatus a lege et iusticia pessimus omnium. seuissima enim iniusticia habens arma. Homo autem habens arma nascitur prudentia z virtute. qui bus ad contraria est vti maxime. p̄opter quod scelestissimum et siluestrissimum sine virtute et ad venerea z ad vozacitatem pessimum Justi/ cia autez ciuile. dyki enim ciuilis cōmunitatis ordo est. dyki autem iusti iudicium.

Queritur circa secūdā

partem primi capituli Utrum ciuitas siue ciuilitas sit a na tura. sic q̄ homo sit naturaliter animal ciuile z politicum. Arguitur primo q̄ non. quia illa que sunt p̄m naturam vi dentur esse semper z vbiq̄z. vt ignis si semp assit calefactibi li semp calefacit. ergo si ciuilitas aliquid naturale essz et ho mo esset animal ciuile. tunc nullus reperietur homo nō ci/ ulis. consequens est falsum. ergo illud ex quo sequitur. ḡa ex vero non sequitur nisi verum. Q̄z hoc ita sit patet. quia videmus multos homines fugientes societatem politicā et eligentes vitam solitariam

Secundo arguitur sic. homo est animal ciuile a volun/ tate. ergo non a natura. Consequētia teneri videtur. quia voluntarium z naturale distinguunt Antecedens patet. quia homo est ciuilis a voluntate liberi arbitrij. Jn op/ positum est p̄hus in textu P̄o responsione

Sciendum est primo

Q̄ ista nomina sociale gregale z ciuile sic se habent q̄ so/ ciale est superius ad illa duo. quia omne gregale vel ciuile est sociale. sed non econtra. non enim omne animal (quod est sociale in individuis sue speciei) est gregale. sed illa ani/ malia tantū que incedunt per turmas. vt patet de colum/ bis et gruibus. Ciuile autem solum conuenit homini. q̄z ciuilitas ordinatur ad aliquam virtutem. sed virtus tantū est in homine. ergo z̄c.

Sciendum secundo. q̄ aliquid potest inesse alicui a na tura dupliciter. Uno modo quia est inseparabile. vt p̄o/ prium alicuius speciei inest cuilibet individuo eius. vt risibi/ le est p̄oprium z naturale homini. Alio modo capitur na/ turale minus p̄oprie. p̄o illo scilicet quod inseparabiliter conuenit alicui speciei. non tamen cuilibet individuo illius speciei. sed solum individuo perfecto z non orbato. nec in naturalibus sauciato. Et isto modo generare sibi simile est naturale homini.

Sciendum tercio. q̄ homo non dicitur naturaliter ani mal ciuile. eo modo quo lapis naturaliter tendit deorsum quia lapis non potest aliter assuesci. Sed dicitur animal ci uile. eo q̄ habet quendam impetum z quandam aptitudi/ nem naturaliter ad hoc vt ciuiliter viuat. que autez sic sunt naturalia dicuntur naturalia initiative. et ideo ex casu vel aliquo impedimento possunt aliter assuefieri Jnueniuntur enim multi campestres vitantes z renuentes ciuilem vi/ tam p̄opter tria. que tangit philosophus in textu Primū est fortuna. secundum est nimia p̄auitas. vt latrones. ter/ cium est nimia bonitas. vt in sanctis plurimis. Contin/ git ergo aliquos esse non ciuiles primo ex fortuna. vel quia nimis pauperes existentes non possunt ciuiliter viuere. sed coguntur ciuitatem exire z agros colere. vt ex labore manu um suarum viuant. Secundum p̄opter quod homo red ditur inciuilis est nimia p̄auitas. aliqui enim habent appe titum ita corruptum z voluntatem adeo peruersam q̄ ne queunt p̄m legem viuere in societate aliqua. ideo ciuitatez aliquando exeunt. z si ipsi non exeunt quandoq̄z expellun tur. Hūj autem sunt illi quos maledicebat Homerus di cens. Maledictus insocialis illegalis affectator belli. ve/ luti sine iugo existens sicut volatilia. Tercio aliqui inciui/ liter viuunt p̄opter nimiam eorum bonitatem. vita enim ciuilis z coniugalis est vita bona. z est vita hominis vt ho mo. sed aliqui sunt tante affectionis quibus non sufficit vi uere vt homo. sed renuentes coniugium z ciuitatē. eligūt perfectiorem vitam. scilicet solitariam. Nam licet (qui nu bit z simpliciter viuit) bene faciat. ille tamen qui se abstra/ hit ab ipsis vt liberius cōtemplationi vacet melius facit

Ex quo patet responsio ad quesitum. P̄o cuius decla ratione ponitur talis cōclusio vita homis vt homo a na/ tura est ciuilis z politica Hanc conclusionē p̄bat p̄hus ex parte sermōis. ex eo q̄ vox humana que ōr sermo aliter est

significatiua q̄ vox animalium brutorum. In alijs em̄ animalibus vsq; ad eorum naturaz peruenit q̄ vox sit eis signum alicuius delectabilis vel tristabilis. Canis enim eo q̄ aliter latrat cum delectatur z cum tristatur potest alteri cani exprimere delectationem vel tristiciam quam habet. Sed hominibus vltra hoc datus est sermo. per quem potest exprimere quid sit cōueniens quid nociuū. quid iustū. et quid iniustum. Si ergo communitas domestica ordinatur ad prosequendum conueniens z ad fugiendum nociuum. communitas vero ciuilis vel ciuitatis vltra hoc ordinatur ad prosequendum iustum z ad fugiendum iniustum. oportet ergo cōmunitatem domesticam z ciuilē esse quid naturale. ita q̄ potest sic ratio sermonis formari. Natura nihil facit frustra. sed (vt dicit Plato in thimeo) ad hoc datus est nobis sermo vt mutue voluntatis presto fiant indicia. ita q̄ vnus homo cōmunicet suos conceptus affectus z actus circa conueniens z nociuum iustum et iniustum alteri homini. hoc autem fieri non potest sine communicatione hominum ad inuicem. z in domo z in ciuitate. ergo conclusio vera. Aliter potest probari conclusio ex parte impetus naturalis. nam si natura dedit homini viuere dedit etiam ei naturalem impetum ad faciendum ea per que possit sibi in vita sufficere. hoc autem maxime contingit per communitatem ciuilez. eo q̄ ciuitas debet eē cōtentiua eorum que ad vitam sufficiunt. ergo communitas ciuilis naturaliter inest hominibus ad faciendum ciuitatē Sed illud (ad quod inclinationem habemus) est fm naturam. ergo conuenit homini (vt homo est) ciuiliter viuere Aduertendum est hic. q̄ dicebatur ex causa q̄ ciuilis vita cōuenit homini vt homo est. quia si aliquis homo in ciuiliter viuat. illud non conuenit sibi vt homo est nisi forte propter fortunam vel paupertatem non possit in ciuitate viuere. vt dictum est. Potest enim homo solitarie viuere dupliciter. Uno modo quasi societatem humanam nō ferens propter animi seuitiam. z hoc est bestiale z non humanum. Alio modo homo viuit solitarie per hoc q̄ totaliter diuinis rebus vel contemplatiuis inheret. z hoc est supra hominem sicut dicit diuinus Hyeronimus pro contēplatione philosophie sibi videbatur q̄ ne impediretur a frequentantibus se nulli communicari voluit. Sicut etiam legitur de Diogene. qui exiens de solio regis Alexandri ciphum ligneum in sinu portauit. quo aquaz hauriret ad bibendum. et cum surgeret ad solitudinem videns pastores bibere cum manibus aquam proiecit ciphum quem secuz portauerat dicens nesciui q̄ natura mihi ciphum parauerat. Et regi Alexandro sibi multa pmittenti q̄ secum ad palacium rediret respondit. q̄ nihil simile consequi poterit delectationi philosophie. ipse enim mansit in solitudine vt cursus astroz et motū planetarum obseruaret

¶ Sed dubitatur. que vita harum est melioz. videlicet an vita contemplatiua sit melioz activa Ad hoc dicendum est q̄ vita contemplatiua est melioz et perfectioz omino. alia autem imperfectioz. Pro cuius intellectu est aduertendum. q̄ duplex est homo solitarius siue inciuilis. naz quidam est inciuilis z solitarius propter contemplationē et propter opus virtutis. z iste vocatur solitarius contemplatiuus. Alius est solitarius siue inciuilis propter aliam causam que est multiplex. quidaz em̄ sunt solitarij propter maliciam patrie eorum. quidam propter defectum mēbrorum vel organoz corpozalium. cuiusmodi sunt homines monstruosi. qui cōuenienti modo cōmunicare non possunt cum alijs hominibus propter eorum difformitatem Alij sunt inciuiles siue solitarij ex electiōe. qui q̄uis sint nati in regione bene temperata. z q̄uis habeant organa corpozalia perfecta et bene disposita. tamen sequuntur maliciam suam magis q̄ dictamen recte rationis. propter quod non possunt alijs hominibus conuiuere. Unde ille qui solitarius est contemplationis gracia ille ducit vitam perfectionis. Dicit enim Gregorius in tercio moralium. quid prodest solitudo corporis si solitudo anime defuerit. Sed vita socialis necessaria est proficientibus ad exercitium perfectionis. Solitudo enim conuenit iam perfectis. sicut enim illud quod iam perfectum est preeminet illi quod ad perfectionem exercetur. ita vita solitaria (si debite cōsideretur) preeminet vite sociali Si autem absq; precedenti exercitio talis vita solitaria assumatur est periculosissima. nisi per diuinam graciam subleuetur z adiuuetur quod in alijs hominibus per exercitium acquiritur. sicut patet de beatis. s. Anthonio Benedicto Hyeronimo. Illi autem homines qui sunt inciuiles propter defectum z intemperantiam patrie sue. z propter defectum membrorum corpozalium non sunt mali propter hoc malicia morali. nec inciuilitas illa debet illis improperari. quia nemo sane mētis improperat ceco nato suam cecitatem. sed magis miseretur eius. Illi vero (qui sunt inciuiles ex electione z propter maliciam eorū quam exercent) sunt pessimi omnium. puta quia talis sic viuens est malus ex defectu affectu z effectu. Ex defectu quidem. quia talis caret vsu recte rationis. que semper deprecatur ad optima. quam rationem debet habere vt homo. z in hoc dignitatem humanam infra infima quecq; detrudit. Nature autem humane ista est conditio. vt dicit Boetius in de consolatōe philosophie libro secundo. prosa quinta. Et tantum ceteris rebus cum se propter vsuz rationis excellit. eadem infra bestias redigatur si se nosse desierit. Nam ceteris animātibus sese ignorare natura est hominibus vero ex vicio venit. z ita talis vita deficit. Secundo talis homo malus est ex affectu. quia talis contra inclinationem nature humane decurrit ad vicia. Et inde tercio venit q̄ etiam sit malus ex effectu. quia talis homo maxime nociuus est alijs hominibus. quia efficitur latro homicida raptor fur vel seductor. Et in hoc desinit etiam esse homo. quia fm Boetium talis vertitur in beluam. sicut ille qui separat se a ciuitate z a societate hominum propter bonum virtutis dicitur heroicus z diuinus. ita homo qui inciuilis efficitur propter suam maliciam dicitur bestialis z dyabolus. Patet igitur ex dictis q̄ humana vita inquantū huiusmodi socialis est. Unde homo naturaliter ex aliorum societate dupliciter iuuatur. Uno modo contēplando Unde Hyeronimus ad rusticum monachum sic scribit Mihi placet vt habeas socium in contulerniz vt ipse doceat te. Secundo iuuatur homo quantum ad affectum. vt maxime affectiones hominum reprimantur exemplo z correctione aliorum. Et hoc attendens Salomon Ecclesiastici quarto dicit. q̄ melius est duos esse simul q̄ vnum solum. habent em̄ emolimentum societatis sue. Et iterum dicit. Ue soli quia si ceciderit non est qui subleuet ipm. Et ita pz. q̄ vita socialis z ciuilis est multo fructuosior q̄ vita solitaria. Et ita patz responsio ad quesitum.

Ad rõnes ante oppositum. Ad primam patet solutio ex dictis. nam ciuilis vita non est naturalis homini. sicut calefacere est igni naturale et initiatiue z cõpletiue. Ciuilis vero vita initiatiue tm̃ naturalis est homini Simlr dicendũ est ad aliam ratõez concedit enim q ciuilis cõmunicatio est a voluntate cõpletiue. z a natura initiatiue. z per modum cuiusdã naturalis inclinationis. que tamen non arguit necessitatem in quolibet individuo humano. quẽadmodũ dicimus q virtutes insunt nobis a natura inchoatiue z imꝑfecte. a voluntate vero completiue z ꝑfecte. ita est in ꝓposito

Quoniam autem manifestum ex quibus partibus ciuitas constat. necessariũ primum de economica dicere. Omnis enim componitur ciuitas ex domibus. domus autez partes ex quibus rursum domus instituta est. Domus autem perfecta ex seruis z liberis. Quoniam autem in minimis primum vnunquodq; querendum. Prime autem z minime partes domus dominus z seruus. z maritus et uxor. et pater et filij. De tribus his considerandum vtiq; erit. quid vnũquodq; z quale oportet esse hec autem sunt despotica et nuptialis Innominata autem femine z viri coniugatio. z tercium teckno factiua. Etenim hec non est nominata proprio nomine. sunt autem hee tres quas diximus. Est autem quedam pars que videt his quidem esse economica. his autem maxima ꝑs ipsius. quomodo autem se habet considerandum. Dico autem denotata trismatistica. primum autem de despotica z seruo dicamus. vt et que ad necessariam oportunitatem videamus. z vt vtiq; si quid ad scire de ipsis poterimus accipere melius nunc opinatis. His quidem videtur scientia quedam esse despotica. z eadem economica z despotica. et politica. z regnatiua. sicut diximus incipientes. His autem preter naturam despotizare. lege enim hunc q̃dem seruum esse. hunc autem liberum. natura autem nihil differt. Propter quod nec̃ iustum sed violentum. Quoniam ergo possessio pars domus est. et possessiua pars economice. Sine enim necessarijs impossibile est viuere quemadmodum determinatis artibus naturam vtiq; erit ex viscere conuenientia organa. si debeat perfici opus. sic et economico. Organorum autem hec quidem inanimata. hec autez sunt animata. velut gubernatori gubernaculum quodam inanimatum. prorarius autem animatũ minister in organi specie artib; est: sicz res possessa organum ad vitam est. z possessio multitudo organorum est. z seruus res possessa animata. et sic organum aut organa omnis minister. Si enim vnunquodq; organorum iussum z p̃sentiens perficere suum opus quemadmodum que dedali aiũt. aut vulcani tripodes quos ait poeta spontaneos diuinum subinduere ad cultum deorum agonem. Sic et si pectines pectinarent per se. et plectra citharizarent. nihil vtiq; opus esset architectonibus ministrorum neq; dominis seruorum. Que quidem dicuntur organa factiua. organa sunt. res possessa autez actiuũ ẽ. Ex pectine quidem enim alterum aliquid fit preter vsum ipsius. Ex vestitu autem z lecto vsus solus. Adhuc quoniam differunt factio specie et actio. et indigent ambe organis. Necesse et hec eandem hanc habere differentiam: vita autem actio et non factio est. propter quod et seruus et ministri sunt eorum que ad actionem. Res autem possessa dicitur quemadmodum et pars. Et quidem enim pars non solum alterius sed et simpliciter alterius. similiter et res possessa: propter quod despotes quidem serui. despotes soluz illius aũt nõ est. nõ solum aũt despotis seruis est. sed z oĩno est. Q̃dem

ergo natura serui ꝛ que virtus ex his manifestum. qui enim non suꝫ ipsius natura. sed alterius homo est. iste natura seruus est. alterius autem est homo quiqꝫ res possessa. aut seruus est. res possessa autem est organum actiuum et separatum.

Queritur Utrum naturale sit hominibus vt homo homini dominetur. Et arguitur primo ꝙ non. quia dicit Boetius in tercio de consolatione philosophie metro sexto. Omne genus hominum in terris simili surgit ab ortu. ex quo videtur arguere in hominibus equalem conditionem. Sed si naturaliter vnus alteri dominetur nō essꝫ omnino equa conditio hominis. ergo non est naturale hominibus ꝙ vnus homo dominetur alteri Secundo sic liber opponitur seruo. sed vnus homo ita liberaꝫ habꝫ voluntatem sicut alter. ergo vnus homo non est magis seruus q̄ alter. ꝛ sic nec vnus alteri dominabitur. In oppositum est philosophus in isto primo. vbi dicit ꝙ aliquis est dominus aliorum a natura. ꝛ aliquis a natura ꝑuus

Pro responsione.

Sciendum primo

Q̄ aliter loquunt philosophi de naturali seruitute. et aliter theologi. quia philosophi considerant humanam naturam pro statu in quo nunc est. qui est status nature lapse. ita ꝙ dicunt illud esse naturale homini quod sequitur absolute principia hominis. Theologi vero considerant naturam humanam sub duplici statu. scilꝫ sub statu nature integre ꝛ sub statu nature lapse. Et quāuis eadem sunt principia nature sub vtroqꝫ statu. tamen aliqua sunt consequuta post lapsum. que (si natura stetisset) non fuissent sequuta. vt mors seruitus ꝛ similia. Similiter etiam aliq̄ conueniunt nature pro vtroqꝫ statu. Pro quo est Sciendum secundo. ꝙ pro vtroqꝫ statu necesse est inter homies esse disparitatem. ꝛ ꝑm corpus ꝛ ꝑm animam. Scōm corpus autem vt diuersitas sexus sine qua generatio non fuisset. Similiter etiam quantum ad etatem. quidam em̄ ex alijs nascebantur. nec illi (qui nascebantur) erant similes illis. Erat etiam disparitas quantum ad animam ꝛ quātum ad iusticiam ꝛ scientiam. Non enim homo ex necessitate operabatur sed per liberum arbitrium. ex quo habet homo ꝙ potens sit magis vel minus ad faciendum volēdum vel cognoscendum. Vnde quidam magis proficiūt in scientia q̄ alij. ꝛ etiam in iusticia. Item ex parte corporis esse poterat disparitas. etiam in statu innocentie. non enim erat exemptum totaliter corpus humanum legibus nature. quin ab agentibus exterioribus aliquod cōmodum vel auxilium reciperet ꝑm magis ꝛ minus. ꝛ sic nihil prohibet dicere ꝙ ꝑm diuersam dispositionē aeris ꝛ ꝑm diuersum situm stellaꝝ aliqui robustiores generentur q̄ alij. ꝛ aliqui maiores ꝛ aliqui pulchriores ꝛ melius ꝯplexionati q̄ alij. ita tamē ꝙ in illo primo statu in illis (q̄ excederent) nullus esset defectus siue peccatū nec circa aiam nec circa corpus. Vñ ꝛ hec disparitas cām habere ꝑt ex gte dei. q̄ ꝑm ordinem sue sapientie quosdā plus et quosdam minus sublimare voluit. vt pulchritudo ꝛ decor vniuersi magis in hominibus reluceret.

Sciendum tercio. ꝙ aliquid dicit̄ alicui inesse dupliciter. vno modo quia inest a tota specie. scꝫ cuilibet individuo illius speciei. Alio modo quia in eadem specie inest aliquibus individuis ꝑm quandam differentiam. Et ex hoc patꝫ. ꝙ aliter intelligitur titulus questionis Debet enim sic intelligi. ꝙ natura ordinauerit aliquos in specie humana aptos ad dominandum. alios autem aptos ad seruiendum. ita ꝙ sit naturale homini respectu quorundā individuoꝝ et nō respectu omniū.

Sciendum quarto. ꝙ dominiū accipitur dupliciter. vno modo proprie. vt scꝫ opponitur seruituti. et sic dicitur quis dominus cui subditur aliquis vt seruus. ꝛ ita accipit Arestoteles. ꝙ est natura dominans et natura subiectum. id est seruus. Alio modo accipitur dominiū cōmuniter et minus proprie. ꝑm id scꝫ ꝙ refert ad subiectum qualitercūq̄. et hoc modo sepe loquuntur theologi. puta cum dicant in angelis esse dominatōes ꝓncipatus et potestates.

Conclusio prima.

Considerare naturam humanam ꝑm ꝙ philosophi cōsiderant scꝫ ꝑm ꝙ nunc est absq̄ hoc ꝙ consideratur aliquis prior status. sic natura humana producit quosdaꝫ aptos ad dominandum proprie. alios vero aptos ad seruiendum. Probatur cōclusio. quia qui potest mente ꝓuidere quid conferens sit et quid nociuum naturaliter dominatur. Qui vero non potest mente illud prouidere. sed corpore potest facere et exequi quod alius prouidet mente. naturaliter seruus est. Sed natura humana producit tales vt ad oculum videmus. quosdaꝫ em̄ ingeniosos et sagaces. alios vero rudes et ydeotas ac ignaros. fortes tamen et robustos corpore producit. ergo primi naturaliter sunt apti ad dominandum. et alij ad seruiendum. Maior est philosophi in prohemio huius. Ex quo seq̄tur. ꝙ si vnusquisq̄ posset per se viuere et natura produceret sic homines vt non indigerent mutuo auxilio. tunc nullus esset seruus a natura. sꝫ ita nō est. immo (vt dictum est) homo cum sit naturaliter animal sociale indiget cōmunicatione. et cum inter homines sit inequalitas vt dictum est. ideo vt sit pacifica cōmunicatio et vt saluetur integra cōmunitas seu societas non idem expedit domino ꝛ seruo. vt dicit philosophus. domino quidem expedit vt dominetur. et seruo expedit vt domino seruiat.

¶ Conclusio secunda. ꝓsiderando naturam humanam ꝑm conditōem theologicam. scꝫ ꝑm statum innocētie et ante lapsum. tunc nō est vniuersaliter dicendum ꝙ homo dominetur homini domino ꝓprie accepto. quia dominus sic acceptus refertur ad seruū. seruus autez in hoc differt a libero. quia liber causa sui est. seruus autez causa alterius est. et ordinatur ad alterum. Nunc ergo aliquis dominatur alteri. vt seruo quando refert eum cui seruit ad propriam vtilitatem sui scꝫ dominantis. Sed cōtristabile est vnicuiq̄ ꝙ bonum (quod deberet esse suum) cedat alteri ad vsum. quia vnicuiq̄ est maxime appetibile bonum ꝓprium. ergo tale dominiū nō potest esse sine pena seruoꝝ siue subditorum. Cum ergo nihil penale fuisset in primo statu. s. innocētie seq̄tur ꝙ

tali dominio homo in illo statu non dominabatur alijs

Conclusio tercia. in primo statu fm theologos fuisset dominium fm q refertur ad qualecunq subiectū patur. quia tunc vnus homo habuisset supeminentiaz iusticie et scientie ad alios. sed inconueniens fuisset nisi hec exeqretur ad vtilitatē alioz. Unde dicit Augustinus xix. de ciuitate dei. q iusti nō dominandi cupiditate imperant. sed officio psulendi. hoc naturalis ordo pscribit ita deus hominē condidit Probat etiam conclusio. qz homo fm omnē statum est animal naturaliter sociale. vnde in illo statu homines socialiter vixissent. Socialis aūt vita multoz esse nō potest nisi aliquis presideat q ad bonum cōmune pretendat. Ita etiam ad hoc potest adduci ratio Aresto. in textu. quandocunq multa ordinant ad vnū semp inuenit vnū vt pncipale z dirigens. sed ita fuisset tunc. ergo zc. Ex quo patz. q aliter respondendū est fm theologum z fm phm. cum q ritur. vtrum fuitus sit a natura siue naturalis. Nā fm phm psiderandū est q seruitus est naturalis in humana specie fm intellectum predictū. scz q natura quosdā prefert aptos ad dominandū. et alios ad seruiendum. Patz quia fm phm illud dicitur naturale alicui quod sequitur naturaliter principia eius. sic moꝛs dicit naturalis esse quia sequtur ad hoc quod est esse cōpositum ex qualitatib contrarijs Sic famis z sitis dicunt dicunt esse naturales. z sic de alijs. Ita est de seruitute de qua ē ad ꝓpositū sequtur em pncipia istius vel illius. inquantum deficit ab omi vigoꝛe. et abundat in mollicie coꝛporis. qđ consurgit ex tali cōplexione vel tali. Cum em intellectus vtatur sensu quodāmō. qz nihil est in intellectu qđ pus nō fuerit in sensu. opatōes intellectus interdum impediunt ꝓpter ineptitudinē et grossiciē coꝛpoꝛ. Inde est q illi q fortes z grossi sunt in coꝛporib cū sint apti ad opera coꝛpoꝛ. reddunt inepti ad opera mentis Et ideo sicut anima naturaliter ex rex ordine dominatur coꝛpori. ita illi (qui vigent intellectu et in quib opationes anime nō pturbant ex mollicie coꝛpoꝛ.) sunt naturaliter alioz domini. et alij naturaliter eoz serui. Ex quo patet q nō debet imꝓperari talib (qui nō vigēt intellectu) eoz seruitus. Et rō est. qz nō sunt serui fm ꝓpriam voluntatem. sed ex institutōne nature. Sed fm theologos dom est. q ista seruitus eodem modo est naturalis. quo fm eos moꝛs et alij defectus dicuntur naturales. sic em dicunt naturales homini. qz etiam sunt ei in penam originalis peccati. Si em natura steriisset in originali iusticia non fuisset moꝛs sequta nec alij defectus. similiter nec seruitus. Sed vnus prefuisset alteri ad bonum ipius subiecti. et nō ad bonū tantū presidentis. sicut est nunc inter dominū et seruum. Sed qz natura cecidit ab illa rectitudine. ideo sibi derelicta ē. Et cum homo esset compositus ex contrarijs. insecuta est moꝛs in penam. similiter et seruit⁹ que seqtur hominē ex pte materie vt dictū est. Est em pena hois vt homo sit alterius. Et ita loqtur ambrosius dicens q natura non fecit seruum sed insipientia. nec manumissio fecit liberum. sed disciplina. Ubi psiderandum est. q seruitus introducta est post lapsum. et ex parte domini vt scz ille in multis subleuetur per seruuz in his q sunt coꝛporis. Et ex parte serui vt ipse seruus exequendo mandata dñi subleuetur in defectib anime. qbus abundat dūs vt dictum est. quia ergo isti defectus sequunt naturam lapsam. ideo seruitus est a natura sic psideratā. Patet. quia p istos defectus sequuta est seruitus vt dictum est Est tamen aduertendū. q hunc hominem esse seruum absolute considerando magis cꝫ alium non habet rōnem naturalem. sed fm aliquam vtilitatem ꝓueniētem. inquantū scz ē vtile huic q regatur a sapentiori z q ab isto iuuetur. Et ideo fuitus (vt dicunt iuriste) pertinet ad ius gentium. quod est quodāmodo naturale. Un pro isto psiderandum est. q iustum siue ius naturale ē qđ ex natura est adequatum seu cōmensuratū alteri. hoc autem potest ꝓtingere dupl'r. Uno modo fm absolutā consideratione. z sic masculus ex sui rone habet ꝓmensuration ad feminā vt ex ea generet parem. z ad filiaz vt eū nutriat Alio modo aliquid est alteri naturale ꝓmensuratum non fm absolutam sui rōnem. sed fm aliquid quod ex ipso ꝓsequit pura ꝓprietas aliqua. Si em consideretur ager iste absolute. non habet rōnem vnde magis sit istius cꝫ illius. sed si consideretur quantum ad opoꝛtunitatē colē di ad pacificum vsum agri, vel p concessionem legis et huiusmodi. fm hec habet q sit magis ꝓmensuratus isti cꝫ illi. Absolute autem apprehendere aliquid non solum conuenit homini sed etiam alijs animalibus. ideo ius quod dr naturale primo mō non dr ius gentium. sed ius naturale simpl'r. sed ius secundo modo est ius gentium vt dicūt iuriste Et sic patet responsio ad quesitum

Sed quereret aliquis. vtrum ille qui deficit in aliq̄ bono a natura sit seruus illius qui in bono excedit. Ad dubium respondetur. q triplicia sunt bona hominis. quedā sunt bona infima vt diuitie. que sunt bona foꝛtune. Alia sunt bona suprema vt sunt virtutes anime. z ista dicūtur bona simpl'r. quia sunt bona honesta. Alia sunt bona media. que sunt bona coꝛporis vt pulchritudo robur z sanitas. z ista (sicut z prima bona) sunt bona fm quid. Dicitur ergo ad dubium. q ille qui deficit in bonis nature aut foꝛtune (sicut sunt bona coꝛporis) non est seruus a natura illi qui in predictis bonis abundat. Patet quia bona foꝛtune z bona coꝛporis non sunt bona hominis vt homo est. sed solum bona anime sunt bona hominis vt homo est. in quibus foꝛte abundant illi qui deficiunt in alijs Dicitur vlterius. q loquendo de bonis anime (que sunt bona simpliciter) ille qui deficit in bonis anime a natura est seruus illius qui in istis abūdat. Ex qbus patet qui dicuntur serui a natura z qui domini. Patet etiā vñ consurgit seruitus. cum anima quantū est de se sit oibus equepfecta. venit em ex dispositione ipsius coꝛporis

Ad rōnes ante oppositū.

Ad primā (scz qñ dr omne hoim genus in terris zc.) cōcedit q omes hoies sunt equales in pfectiōe essentiali z specifica. sed non individuali. Et istud ꝓsurgit ex diuersitate materie que est pncipiū individuationis Ad aliā conceditur. q voluntas est eque libera in omnib. sed fm dispositionē coꝛporis vna est magis expedita ad agendū ea ad q̄ hz libertatē Ul'dicitur q seruitus nō attenditur penes mentem esse liberam. sed penes mentem preuidam. vt dictum est in pohemio huius Vel possum⁹ dicere ad primā rōnem q Boetius nō vult arguere ex verbis illis equitatē in hominibus ex parte pncipij. Et ideo si sunt ignobiles moꝛibus hoc est ex eo q deficiunt ab illo pncipio. vnde subiungit idez Boetius Unus enim pater est rerum vnus cuncta ministrat.

Trum autē aliquis natura talis aut non et vtrum dignius et iustius alicui seruire aut non. Sed omnis seruitus pter naturam esse potest. hoc considerandū non difficile aut et ratiōe contemplari. et ex his que fiunt addiscere. Principari em̄ z subijci non solū necessariorum sed z expedientiuz est. z statim ex natiuitate quedam segregata sunt. hoc quidem ad subijci. hoc autem ad principari. z species multe z subiectorum sunt z principatuū. z semper melior principatus qui meliorum subiectorum puta hominis q̄z bestie. quod em̄ a melioribus melius opus. vbi aut hic quidez principatur. hic autem subijcitur est aliquid horum opus Quecūq; em̄ ex pluribus ꝓstituta sunt z fit vnum aliquid cōmune. siue ex coniūctis siue ex diuisis in omnib⁹ videtur principans z subiectum. et hoc ex omni natura ineſt animatis. etem̄ in non participantib⁹ vita est quidem principatus. puta armonie. Sed hec quidem forte magis extrinsece sunt speculatiōis. Animal autem primum constat ex anima et corpore. quorum hoc quidem principans est natura hoc autem subiectum. oportet autem intendere ex ꝑm naturam habentib⁹. magis natura z non corruptis. propter qō et optime dispositū et ꝑm corpus z ꝑm animam hominē cōsiderandum. In quo hec palam pestilentiuz em̄ z prauе se habentium videbitur principari multitudinis corpus anime. propter praua et pter naturam habere. Est quidem sicut dominis primuz in animali contemplari z despoticum principatum. Anima em̄ quidem corpori dominatur despotico principatu. intellect⁹ vero appetitui politico z regali. In quibus est manifestum q̄ ꝑm naturam est expediens corpori regi ab anima et passibili parti ab intellectu. z parte rationem habente. Ex equo autez et contrario nociuum omnib⁹. Iterū in homine z in alijs animalibus simpliciter. Mansueta quidem em̄ siluestribus dignioza ꝑm naturaz his autem omnib⁹ meli⁹ regi ab homine. adipiscūtur enim salutem Sic adhuc aut masculinum ad femininum natura. hoc quidem principās hoc autē principatum. Eodem autez modo necessarium est esse in hominib⁹. Quicūq; q̄dem ergo tantū distant quātum anima a corpore z homo a bestia. disponuntur autem hoc modo Quorūcūq; est opus corporis tantum vsus z hoc est ab ipsis optimum. Isti quidem sunt natura serui quib⁹ melius est regi hoc principatu si quidem z dictis creditur Est em̄ natura seruus qui potest alteri⁹ esse. propter qō z alteri⁹ est. z cōmunicat ratione tantum quantum ad sensuz recipere. sed non habere. Alia autem animalia non ratione sentientia. sed passionib⁹ seruiūt. et oportunitas variatur modicum ad necessaria em̄ corpori auxilium fit ab ambob⁹ et a seruis z a domesticis animalibus Vult q̄dem ergo natura z corpora differentia facere q̄ seruorum hec quidē fortia ad necessariū vsum hec autem recta et inutilia ad tales operatiōes sed vtilia ad ciuilem vitam. Iste autem fit diuisus ad bellicam oportunitatem et pacificam Accidit autem z multotiens contrarium hos quidem corpora habere liberorum. hos autem animas. Quoniam et hoc manifestum q̄ si tantum fuerint differentes corpore solū quātum deorum ymagines sunt deficientes omnes dicēt vtiq; dignos esse his seruire. Si autem in corpore hoc verum. multo iustius hoc in anima definiri. sed non simpliciter facile videre pulcritudinem anime z corporis. Q̄ quidem ergo sunt natura quidam. hi quidam liberi. hi autem serui. manifestum quibus expedit seruire et iustum est

Quer̄ utr̄ intellectus

siue ratio p̄cipetur appetitui p̄ncipatu aliquo. ¶ Arguitur q̄ nō. et p̄mo de appetitu sensitiuo. Appetitus em̄ sensitiuus non est aliud q̄ sensualitas. sed sensualitas nō obedit rationi. vnde p serpentem figurat. vt dr Augustinus in de trinitate. ergo appetitus irascibilis t ꝯcupiscibilis (qui sunt appetitus sensibiles) non obediunt rationi. et rō non p̄ncipatur appetitui sensitiuo ¶ Secūdo arguit de volūtate que est appetitus intellectiu⁹. si em̄ rō p̄cipetur ei hoc erit p̄ncipatu politico t regali. ꝫ hoc non. q̄ voluntas a nullo moueri pt nisi a rōne. qui autē obedit alteri ſm p̄ncipatū regalem t politicū hz ꝓprium motum ¶ In oppositum est pb̄us in textu.

Sciendum primo

De irascibili t ꝯcupiscibili qualiter obediunt ratōni siue superiori parti in qua est ratio t volūtas. Unde ꝯsiderādum q̄ superiori parti obediūt dupliciter. Uno modo q̄tum ad rōnem. Alio modo q̄tum ad volūtatem. Rōni q̄dem obediūt q̄tum ad suos actus. Nam appetitus sensitiuus in alijs animalib⁹ natus est moueri ab estimatiua virtute. sicut ouis estimans lupum inimicū timet eum. Loco autem estimatiue virtutis est in homine cogitatiua. que q̄dem dicit ratio particularis. eo q̄ est collatiua intentionū indiuisibiliū. nam ab ea natus est moueri in homine appetitus sensitiuus. Ipa autē ratio particularis nata est moueri t dirigi ſm rōnem vniuersalem. vt in syllogisticis aut syllogismis ex p̄mīs vniuersalib⁹ ꝯcludunt ꝓpositiones singulares. t ideo patz q̄ ratio particularis imperat appetitui sensitiuo. qui diuiditur in irascibilez et ꝯcupiscibilem. t hic appetitus ei obedit. Et quia deducere vniuersalia p̄ncipia in ꝯclusiones singulares. non est opus singularis seu simplicis intellect⁹ sed ratōis. Ideo appetitus sensitiuus dr magis obedire rationi q̄ intellectui. cuius Aristoteles dicit in textu de intellectu. sed ipse capit intellectum pro superiori parte in qua est ratio t voluntas. Unde t hoc vnusquisq̄ experiri potest applicando aliquas vniuersales cōsideratiōes mitigatur ira aut timor aut aliq̄d hmōi. vel etiā instigatur volūtate t subiacet appetitus sensitiuus q̄tum ad executiōem q̄ fit per vim motuam. In alijs em̄ animalib⁹ statim ad appetitū irascibilis vel ꝯcupiscibilis sequitur motus. sicut ouis timens lupum statim fugit. q̄ non est in eis aliquis superior appetitus qui expugnet alium. sed homo nō statim mouet ſm appetitum irascibilis t ꝯcupiscibilis. sed expectat imperiū voluntatis. que est appetitus superior. t hoc intelligendo de motib⁹ perfectionis. quia de subditis aliud est. In omnib⁹ em̄ potentijs motis ordinate. mouens secūdum non mouet nisi virtute primi mouentis. t ideo appetitus inferior nō sufficit mouere nisi appetitus superior consentiat. Et hoc est quod dicit phylosophus in tercio de anima. q̄ appetitus superior mouet inferiorem sicut spera superior inferiorem. Est tamen considerandum. q̄ vt dicitur in textu in animali proprie contemplari potest principatus despoticus regalis seu politicus. Anima em̄ principatur corpori principatu despotico. Intellectus autē p̄cipat appetitui p̄ncipatu politico t regali. Dicit em̄ despoticus quo ḡs principatur seruis. qui non hūt facultatem in aliquo resistendi imperio principātis. quia nihil sui iuris hūt. Principatus autem politicus t regalis dicitur quo quis principatur liberis. qui t si subdantur regimini principis. tamen habent proprium quo se tueri possunt principatis imperio. Sic igitur anima corpori despotice dominatur. quia corporis membra nō habent vt possint resistere imperio anime. sed statim ab imperio anime mouentur manus t pes. t quodlibet membrū quod natum est moueri motu volūtatis. qđ notāter dicitur ꝓpter organa anime vegetabilis. que ꝯsequūtur motum appetitus naturalis. qui non est natus obedire volūtati. Similiter t propter motum cordis t membri pudibundi. qui non obediunt rationi. t hoc datum est in punitionem originalis inobedientie. Intellectus aūt seu ratio dicitur p̄cipari irascibili seu ꝯcupiscibili principatu politico seu regali. quia appetitus sensitiuus habet aliquid proprīū vnde potest ꝯtradicere imperio rōnis. natus em̄ est moueri appetitus sensitiuus. non solum ab estimatiua in brutis animalibus t cogitatiua in homine. quam dirigit vniuersalis ratio. sed etiaz ab ymaginatiua t sensitiua. Unde experimur irascibilem t ꝯcupiscibilem rationi repugnare p̄ hoc q̄ sentimus vel imaginamur aliquod delectabile. qđ ratio recta vetat. id est prohibet. vel tristabile quod ratio precipit. Ex quo apparet q̄ appetitus sensitiuus in aliquo rationi repugnat. t in aliquo ei obedit. Et sic patz qualiter principatur ei pars superior. Si em̄ imperaret ei despotice. non posset ei ꝯtradicere in aliquo. cuius contrarium experimur. Sed restat difficultas de appetitu intellectiuo. scz quomodo sibi imperet ratio siue intellectus. quia non dicitur in textu plus de vno vt videtur q̄ de alio. cuz dicitur q̄ intellectus dominatur appetitui principatu regali et politico. Unde dicitur q̄ ratio siue intellectus imperat volūtati quātuz ad determinatiōes actus t voluntas nata est sequi dictamen rationis. sed tamen indirecte voluntas trahitur a passione. que est in appetitu sensitiuo q̄ ḡs. et ideo potest contradicere dictamini rationis. ꝓpter qđ ratio principatur ei regaliter t politice. Unde ꝯsideranduz q̄ passio mouet voluntatē indirecte dupliciter. Uno modo ſm quandam abstractionem. quia em̄ omnes potentie anime in vna essentia anime radicantur. necesse ē q̄ vna potentia intēdatur in actu suo t alia remittatur. vel etiam totaliter impediatur. t ideo cum motus appetitus sensitiui fortificatur per quātūcūz passionem. necesse est q̄ remittatur vel totaliter impediatur proprius motus appetitus naturalis. Alio mō ex parte obiecti volūtatis. qđ est bonū sub ratione boni apprehensum. impeditur em̄ iudicium t apprehensio rationis ꝓpter vehementem t inordinatam apprehensionem intellectus ymaginatiue t virtutis estimatiue. Contingit em̄ rationem in vniuersali esse rectam. vt cum dicit nullum homicidium perpetrandum vel nullam fornicationem faciendam. sed tamen non cogitat in particulari hūc actum. qui est hanc fornicatiōem non faciendam. t hoc propter iudicium ymaginatiue vel estimatiue. quod est ꝯtrarium in hoc particulari ad iudicium vr̄e rōnis. t ideo cum rō vtaf ymaginatiōne t sensu obnubilaf dum venit ad iudiciuz ꝑticularis actus. t hoc sufficit ad hoc q̄ volūtas non sequatur vr̄em ꝯceptionez rōnis. t tunc est peccatum. Unde ille qui habet sciam in vr̄i ꝓpter passionez impeditur ne possit sub illa vr̄i sumere et ad conclusionem peruenire. sed assumit sub alia vniuersali quam suggerit inclinatio passionis t sub ea cōcludit. Unde phylosophus dicit septimo ethicorum q̄ syllogismus incontinentis quatuor habz ꝓpositiōes. duas vr̄es quarū vna est rōnis. puta nullā fornicatiōem ē ꝯmittēdā

Alia est passionis.puta delectatōnem esse sectādā. Passio igitur ligat ratōnem ne subsumat et concludat sub prima.et concludit sub secunda. Ex quo sequitur q̄ voluntas procedit in actum contrarium dictamini rationis. Et ita patet q̄ ratio vtrīq̄ appetitui.scz tam intellectiuo q̄ sensitiuo principatur principatu regali et non despotico. Ex quo patet q̄ in homine etiam aliquid est quod nullo modo natum est obedire ratōni.sicut est appetitus naturalis quem sequuntur vires anime vegetabilis. In eo autem est aliquid natum obedire. Sed hoc dupliciter. Vno modo ad nutum.vt corpus et membra corporis demptis corde et membro pudibundo. Alio modo sic q̄ etiam potest non obedire.sicut appetitus taz sensitiuus q̄ intellectiuus.

Ad rōnes añ oppositū

Ad primam dicendum q̄ appetitus sensitiuus dicitur sensitiuus ſm q̄ consideratur vt deprehensus est carni.et ideo significatur per serpentem quantuz ad id quod est sibi proprium ex parte partis sensitiue.sed dicitur ira scibilis et concupiscibilis per quandam vicinitatem ad partes superiores. ideo magis nominat sensitiuū ex parte actus ad quem inducuntur ex ratōne. Ad secundam patet solutio qualiter voluntas mouetur ab alio q̄ a ratōne.conceditur enim q̄ directe non mouet ab alio.sed bene indirecte.

Quod añt et qui cōtraria dicunt ſm modum aliquem dicunt recte.non difficile videre. Dupliciter em̄ dicitur et seruus z seruiens. Est em̄ aliquis ſm legem seruus z seruiens Lex em̄ promulgatio quedam est in qua in bello superata ꝑualentium esse dicunt. Hoc ita q̄ iustum multi eoꝝ qui in legibꝫ (quemadmodum rethorici scribunt) iniquoꝝ tanq̄ durum si vim inferre potentis et ſm potentiam melioris erit seruum et subiectum, q̄ violentiā passuz est. Et his quidem sic videtur.his añt illo modo etiam sapientum: Causa añt huius dubitatōis et q̄ facit verba variari quia modo aliquo virtꝫ sortita successum violentiā pati potest maxime. et est semper superans in excessu boni alicuius. vt videatur non sine virtute esse violentiam.sed de iusto solum esse dubitatōem.propter hoc em̄ his quidem benivolentia victoꝝ videtur iustuz esse. His añt ipm hic iustum meliorem principari.quoniā se positis seorsum his cōmunibus necꝫ forte nihil habent probabile alter ratōnes. vt non oporteat melius ſm virtutem principari et dominari. Totaliter attendentes quidē vt possibile est ad iustum quoddam.lex em̄ iustum quoddam.eam (qui ſm bellum) seruitutem ponunt iustam.omīno añt non aiunt. Principiuz añt contingit non iustum esse bellocz et indignū seruire. Nequaq̄ vtiq̄ dicit aliquis seruum esse si autē non accidet eos que videntur esse optimi generis esse seruos et ex seruis.si contingit vendi captos. Propter quod ipos non volunt dicere seruos.sed barbaros Et quidem cū hec dicūt nihil aliud querunt q̄ quod natura seruuz. Nō quidē a principio diximus. necesse est dicere aliquos hos quidem a principio seruos. hos autem nequaq̄.

Queritur vtꝝ preter ser

uitutem naturalem (que est seruitus simpliciter) sit dare seruitutem legalem et politicam. Videtur q̄ non quia omīs lex (cum sit ratōnis dictamen) debet esse rationi consona. sed aliquos seruos legales videmus in quibus est maior sapientia q̄ in eorum dominis. ergo seruitus legalis non est ponenda. Tenet consequentia.quia vt dictum est supra in fine penultime cōclusionis.rudis intellectu est natura seruus. et qui potest mente preuidere est natura dominus.ergo per quācunq̄ legem politicam talis nō potest iuste fieri seruus Preterea ratio iusticie est lex sed lex respicit bonum cōmune ciuitatis et regni.nō autem respicit bonum priuatum vnius persone nec etiam vnius familie.nō ergo debet esse aliquod ius speciale sic positum.quod sit de dominis seu dominantibus.cum dominus pertineat ad domum et non ad ciuitatem.vt dicitur in textu. In oppositum est pbus in textu.et similiter in quinto ethicorum.vbi determinat de iusto dominio

Sciendum primo.

Q̄ sicut p̄ter ius naturale oportuit ꝓpter bonum dare aliquas leges positiuas ſm quas reguntur regna et ciuitates.sic visum fuit conditoribus legum q̄ p̄ter seruitutem naturalē (ſm quā ignorātes debent seruire sapientib) esset dare seruitutē legalē z quasi posituā. ſm quā debiles et victi seruirent victoribꝫ et potentibꝫ Est em̄ iustū legale (vt dr in textu) superatū in bello superātibus seruire. Videt añt hmōi iustū qđ ſm pbm ē ſm qđ et positiuū triplicē ogruitatē habere. Quaz prima sumit a conditoribꝫ legū. Secūda ex defensione patrie. Tercia ex salute debellatoꝝ. Prima ogruitas sic ptz.opter em̄ dominās habere aliquē excessuz respectu serui Hu

ūsmodi aūt excessus dupliciter esse potest. vel ſm aiam vel ſm corpus. Nā hō naturaliter est cōpositus exduabus vt pribus. Excessus ār ſm bona aie est qñ excessus simpliciter añ dicebat eo q illa bona simpliciter bona sūt Excessus ꝑo corpis ē qñ excessus ſm qd. ꝓt qđ bñ dicit ī ꝓ°. q dicim⁹ aliqs digne dñari. q excedūt in bonis corpis. vt qz sūt fortiores t magni. multū iusti⁹ ē hoc dñiū in aīa vt dicamus aliquos dominari. q excedunt in bonis aie. nam aīa est prestantior corpore. sapientia igit̄ et dignitas (q sunt bona aie) reddunt dominiū naturale t simpliciter sed ciuilis potentia est fortitudo corpis q sunt bona corpea et exteriora nō faciunt dominiū naturale sz faciūt ipm magis legale et positiuū. Qz em̄ superās in bonis corpis. vt in fortitudine vel ciuili potentia dominet hīs quos debellat nō est iustū naturale. sz iustum positiuū ſm ꝓmulgatōem legū. Un̄ videt istud iustum seu de iure ciuili aliquo modo esse congruū si ꝑsideret legislatoris ꝑditio. Nā cū legislatores sint homies q̄bus magis a nuno sunt bona corpis q̄ bona aie. t exteriora q̄ interiora. vt lex daret iudiciū de aliquo certo. visum fuit legislatoribus vt superantes in bello iusto ꝓgrue dñarēt alijs superatis. ꝓpter qđ dr ꝓ tuosos superātes et bonos nō resistere ordinatiōi legali. q cōmune bonū bono priuato est ꝓferendū. Tercia ꝓgruitas sumit ex pte debellatoꝝ seu salute eoꝝ. nā ꝓpter legē multi superati in bello saluant. Homies em̄ alios debellātes ꝓmptiores eēnt ad homicidiū si scirent se ex eis nullā vtilitatē ꝑsecuturos. sz cū cogitant eos acq̄rere in seruos reseruant eos ꝓpter vtilitatem quā inde conseq̄ sperāt Un̄ seru⁹ ſm etħnologiā dr a ꝑseruando. q tales a victoribus ꝑseruātur in bello et nō occidunt. vt possint ipos quasi seruos possidere. Patet ergo q ꝓter seruitutē naturalē ꝓgrue ponit seruitus legalis. q est de iure positiuo. Et talis seruit⁹ ſm quosdā dr a fortuna Preter has ār seruitutes legales scz t naturalē. vtunt homies seruitute ministratiua vel ꝑductiua vel dilectiua. ita q possum⁹ dicere quatuor esse maneries ministroꝝ. Nā aliq sunt tales naturaliter. aliqui vero ex lege. aliq ex ꝑducto. t aliqui virtute quadā t dilectōe. ita q ꝑt fieri talis ꝓportio. Qis minister vel est barbarus vel impotens. vel mercenarius. vel virtuosus et dilectus. Barbari em̄ dicunt illi q̄ sunt quasi siluestres t nesciūt seipos dirigere. ꝓpter qđ tales dicunt naturaliter serui. vt ꝓus dictū est. Deficiunt etiā in bonis aie ſm quoꝝ excessus ꝓtingit aliqs dñari naturaliter. Impotētes em̄ ꝓtingit esse ministros ex lege vt si q sint q nō valeant resistere bellantibus ex ꝓmulgatione legis debent eis seruire et ministare. Mercenarios ꝑo ꝓtingit eē ministros ex ꝑducto. Ille em̄ mercenarius dr q ꝓncipaliter mercedē intendens obsequitur ei a q̄ mercedē acceptat. Sz boni et virtuosi ministri sunt operantes ex dilectōe. lz em̄ dignus sit operarius mercede sua. t nō sit ꝓgruū aliquē ꝓpijs sumptibus militare. nec dz os bouis triturantis alligari. put ꝓfitent⁹ t dicunt nostri venerabiles t insignes iuriste in suis canonibus et legibus. ꝓncipaliter tñ in ministerio debet quis intendere bonū. Si aūt ibi intendat aut cognoscat aut reqrat aliquā mercedē tempozalē hoc debet et potest eē ex ꝑsequenti t nō ꝓncipaliter. sed potius accessorie ex incidenti. vt dictū est. Oportuit aūt dare ministratōez cōductā et dilectōem ꝓter ministratōem naturalē t ſm legē. Nā qz est in nobis corruptio appetitus nō sp seruamus seu custodimus ordinez naturalē. ideo plurimi ꝓncipatus sunt quersi. deuij. et transgressi. nam ignorātes et priuati bonis aie nō acquiescunt ministrare. seruire. parere. seu obedire. t obsequi seu famulari potētibus seu fruentibus prudentia et intellectu. Rursus contingit plures aliquando etiā ex nobili seu insigni aut generoso genere oztos toto tempoze seu toto cursu vite sue nō aliquod iustum bellum facere. vt ex eo possent sibi acq̄rer aliquos ancillantes et seruos seu famulos. ne ergo tales omīno pruentur ministris seu seruitoribus ad supplendā indigentiā domesticaliū opozuit aliquos eē ministros conductos seruiētes seu famulātes intuitu mercedis vel premij. t etiam aliquos dilectos et virtuosos et ministrantes ex amoze boni. Ad hos aūt ministros (quos virtus et amoz boni inclinat ad seruiendum) docet ꝓncipantes se habere ad eos quasi ad filios. t docet eos regere nō regimine ciuili sed magis regimine paternali. filiali et regali. Possumus aūt duplici via ostendere. declarare. seu manifestare. quos scz ministros contingat magis esse honozandos pre ceteris. Prima via sumitur ex dignitate ipozum ministrantiū. Secūda via sumitur ex vnitate et ꝓpinquitate quam habet ad ꝓncipantem seu dominantem. Prima ergo via sic patz. nā dignioribus semper sunt amplioza beneficia tribuenda cuz ergo virtuosus seruit ex amoze honesti aut dilectōne boni. ideo dignioz est mercenario. qui ꝓncipaliter seruit ex conducto et propter mercedem. Et iam dignioz est seruiente nō amoze boni seu honesti. sz quia supatus est in bello Et etiam ille est melioz barbaro. q ille ministrat eo q nescit seipm dirigere. quia deficit ꝑ ratōnis vsu. Ex ipa dignitate ministrantium patet huiusmodi ministros a ꝓncipante esse magis honozandos seu premiandos. Secunda via ad ostendendū hoc idē sumitur ex vnitate seu ꝓpinquitate quam habent huiusmodi ministri ad ꝓncipantem. Dignum est em̄ ac ratōni consonum vt partes propinquioꝝ fonti plus ꝓfundantur aqua q̄ remote. quare omnis amoz virtutē vnitiuam et conūnctiuam habere dicitur. vt vult venerabilis Dyonisius in quarto capitulo de diuinis nominibus dicens. Pr̄incipi ministrantes nō ex mercede ꝓncipaliter. sed ex amoze magis ſm voluntatem coniuncti sunt. quare dignum est tales plus de influentia recipere et amplius honozari seu ꝑmiari a ꝓncipante q̄ alios

Dubitatur prima

Quid est seruus ſm propriam rationem seruī Breuiter respondendo ad quesitum dico. q seruus est organum animatum actiuum separatum alterius homo existens. In hac definitione ponitur (organum) tanq̄ genus. et ponitur (animatum) ad differentiam organoꝝ inanimatoꝝ. sicut securis hasta tc. Ponitur (actiuum) ad differentiam organoꝝ factiuoꝝ. sicut etiam securis vel hasta. Ponitur (separatū) ad differentiam ptis que est organū ꝓiunctum. Ponit (alterius)

ad differentiam ministri seruientis ex cõducto vel amore. qui nõ est alterius nec ẽ ꝓprie possessio eius. Ponitur vltimo (homo existens) ad differentiam brutorum animalium que sunt organa hominis economici animata actiua separata. et sic clare patet quid sit seruus

¶ Notandum est q̃ iustum legis humane nõ est iustuz simpliciter. sed est iustum ꝑm quid. Dicitur enim iustũ simpliciter quod est iustum ꝑm naturam. Et illud est iustum ꝑm quid quod refertur ad ꝯmoditatem humana quam lex intendit. quia ꝓpter ꝯmoditatem hominum leges posite sunt. Unde lex ꝑm ysidorum quinto ethimologiarum. est constitutio populi. in qua maiores natu vna cum plebibus aliquid sanxerunt. Unde magistri eam sic diffiniunt. Lex est quedam rationis ordinatio ad bonum cõmune ab eo qui curam ciuitatis habet ꝓmulgata. quia ergo hoc non est iustum ꝑm naturam. q̃ quicunq; ab hostibus vincuntur sint serui. cum plerũq; contingit sapientes ab insipientibus vinci z superari. Ideo dicit philosophus seruitutem legalem nõ esse simpliciter iustam. sed ꝑm quid. vtputa quia accomoda est vite humane Est enim vtile victoribus z aliqualiter decens q̃ habeant emolimentum seu alimentum a victis. Etiam vtile est ipsis victis. quia ꝓptea ipi seruantur in vita et non occiduntur. quoniaz hoc iussit lex humana. scz seruos seruari et nõ occidi. Si autem potuisset lex humana sufficiẽter atq; efficaciter determinare qui essent meliores mente. ordinassz illos dominos sequentes naturam. sed quia illud fieri non potuit accepit aliquod signum seu indicium scz ipsam victoriam que ꝓuenit ex aliqua excellentia virtutis. et iõ statuit victores esse illorum dominos qui vincuntur. et istud est iustum non tamen est simpliciter iustum. ꝓut dictum est. sed ꝑm quid. et tamen illud est seruandũ. qa omne bonum cõmune ꝓpter quod est institutum seu ordinatum ꝓstãtius et melius est bono ꝑuato.

Ad rõnes añ oppositũ

Ad ꝑmam dicit q̃ lex humana nõ potest esse oĩno certa circa oĩes casus particulares. quia illi casus non bene possunt ab homine preuideri. et quia homini non ẽ nota naturalis ꝓspicacitas et ꝓuidentia omniũ. ideo lex ab homine posita est de seruitute aliquoꝝ per ea que exterius sunt cognita que sunt signa et iudicia virtutis seu excellentie vel ꝓbitatis interioris. Et ideo cum victoria sit signum seu indiciũ interioris virtutis alicuius in victorie. posuit lex humana q̃ victi seruirent victoribus cuius etiam ipi victi sint melioris intellectus et prudentie ipis victoribus. q̃m victus victori debet succũbere seu cedere. hoc tamen non est ita notum sicut de victoria ita q̃ ratio non arguit nisi q̃ illi (q̃ per legem seruiunt) sunt magis apti naturaliter ad dominãdũ. q̃ ꝯceditur

Ad scdam dr q̃ licet seruus inquantũ seruus sit aliquid dñi. est tamẽ homo ꝑm se subsistens ab alijs distinctus. et iõ ad ipm potest eẽ iusticia vel iniusticia. z ꝓpter hoc alique leges dantur de his q̃ sunt dñi ad seruũ. sz in quantum seruus vt seruus est q̃d alteri? et ꝑm hoc ibi deficit rõ iusti vel iniusti. et sic patet solutio rõnum ante oppositũ Sed dubitaret aliqs q̃ et quot sunt bona q̃ hoies ꝓsequunt ex ꝯstitutõe politice cõmunitatis q̃ ciuitas nuncupat. Unde ꝯsiderandũ tria esse bona que ꝓsequunt homines ex ꝯstitutõe ciuitatis. Ordinat enim ciuitas ad viuere. ad sufficienter viuere. et virtuose viuere. Viuere eñ ꝑm ꝓm in viuentib̃ est esse. sicut ergo est aliud esse. aliud sufficienter esse. et aliud virtuose esse. sic aliud est viuere. aliud sufficienter viuere. z aliud virtuose viuere. nam esse latissimũ est. vt dicit in de causis. est eñ ꝓmum rerum creatarum et oĩa aliquo modo esse participant nõ tamen oĩa participant sufficienter esse sed solum illa dicuntur habere esse sufficiens ꝑm naturam suã q̃ ꝑm suã spẽm habent esse cõpletũ Si eñ alicui deficiat aliqua ꝑfectio cõperens siue spẽi (licet posset habere illa res esse aliqñ vt impfectũ) esse tñ sufficienter habere nõ dicit. Latius ergo est esse ẽ sufficienter eẽ. sic etiam latius est sufficienter esse ẽ virtuose esse. quod ẽ habitus electiuus et moralis de quo hic loquitur. quez participare nõ possunt nisi rationalia et intellectum habentia. irrationalia ergo et inanimata ꝑm naturam suã possunt habere esse sufficienter si habeant ꝑfectiones cõpetentes ꝓprie spẽi. eẽ tamẽ virtuosum habere nõ possunt q̃ nequeunt ꝓticipare virtutẽ illam. Et eo mõ quo distinguimus esse. sufficienter esse. et virtuose eẽ. sic distinguere possumus viuere. sufficiẽter viuere. et virtuose viuere. qualitercũq; etiam hõ habeat esse. nõ tamẽ dicitur sufficienter viuere seu vitam habere sufficientẽ. nisi habeat ea que ꝯgrue sufficiunt ad supplendã indigentiam corporalẽ. Aliud ergo est viuere. et sufficiẽter viuere. sic etiã aliud est sufficienter viuere. et ꝑtuose viuere Multi eñ habent sufficientiã ad vitam q̃ ꝓpter corruptõem appetitus virtuose viuere negligunt. Multoꝝ igit aut maximoꝝ bonoꝝ cã est ꝯstitutio ciuitatis. q̃ꝓpter eaz et q̃ eam hoies ꝓsequunt oia tria predicta bona. Nã ipsum ꝓsequunt hoies ex cõmunitate politica. q̃ sine ea vita hois esse nõ ꝑt. Loq̃tur eñ de viuere hois vt ẽ hõ ostendere ergo viuere politicũ ꝑm aliquas leges et ꝑm aliquas laudabiles ordinatõnes recusans sic viuere nõ vult viuere vt hõ (sed vt supra dictũ est et infra dicetur) talis vel ẽ homine melior vl homine peior. homo eñ naturaliter est animal politicum et ciuile. vt infra ꝓbabit. ipsum ergo viuere loquendo de viuere simpliciter cõsequuntur homines ex cõmunitate politica siue ex constitutione ciuitatis Secundo ex tali constitutõe homines nõ solum ꝯsequuntur viuere. sed etiam sufficienter viuere. Nam in vna domo et in vno vico nõ reperiunt oĩa que ad vitam sufficiunt. ideo fuit ciuitas constituta habens plures vicos. in quorum vno exercetur ars fabrilis in alio textoria ꝛc. ꝑm q̃ varijs indigemus ad supplendam indigentiam vite. nec est ciuitas perfecta nisi inhabitantes inuenire valeant oĩa sufficientia ad vitã Cõsequuntur ergo ex ciuitate nõ solum viuere vt homo sz sufficienter viuere eo q̃ ꝑfecta ciuitas est ꝯtinentia oĩum eorum que ad vitam pertinent Bene ergo dictum ẽ q̃ꝛ scribitur ꝓmo huius. q̃ cõmunitas (que est ciuitas cõstans ex pluribus vicis) est cõmunitas ꝑfecta quia iaz (vt conueniens est dicere) huiusmodi cõmunitas ẽ habens terminum per se sufficientie. Tercio ex institutõe ciuitatis ꝯsequuntur virtuose viuere. Nam intentio legislatoris ꝯstituentis ciuitatem nõ solum esse debet vt ciues in ciuitate habeant sufficientiã ad vitam. sed etiaz vt viuant bene ꝑm legem et virtuose. Ideo dicitur ꝓmo huius q̃ ꝑfecta est ciuitas bene viuendi gratia constituta. Forte ꝓmum motiuum hominũ constituentiũ ciuitatem fuit ipsum viuere et habere sufficientiam in vita. videntes eñ q̃ solitarie nõ poterant sibi in vita suffice-

re ꝯstituerunt vt vnus alterius defectum supplens ha/
beret sufficientiã in vita. Constituta aũt iam ciuitate. et
homines ꝑspicatius intuentes ꝙ nõ est habere sufficiẽ
tiam in vita nisi viuatur bene et virtuose. et ꝙ sine lege
et iusticia ciuitas cõstituta stare nõ potest. ordinauerũt
cõmunitatẽ politicam. que erat facta ad viuere ⁊ ad ha
bendã sufficientiam in vita ⁊ ad bene viuere ꝑm legem
et virtuose. si ergo tot bona consequuntur ex constitutio
ne ciuitatis. bene dictũ est q ꝺ scribit ꝑmo hui⁹ scꝫ Qui
ꝑus ciuitatẽ instituit. seu qui primus totius ciuitatꝫ fu
it institutor extitit cã seu occasio maximoꝝ bonoꝝ.

¶ Eodem aũt modo et de ingenuitate ipsos
quidez em̃ non solum apud ip̃os ingenuos sed
etiam vbiq; putant. barbaros autez solum do/
mi tanq̃ sit aliquid hoc quidem simpliciter inge
nuum ⁊ liberum. hoc autez non simpliciter. quẽ
admodum Theodori eloga inquit. Ex ambo/
bus dominis progenitricibus quis vtiq; dig/
nificabit adijcere seruum. Cum autem hec di/
cunt. nihil aliud q̃ virtute et malicia determi/
nant seruũ et liberum. ⁊ nobiles et ignobiles Di
gnificant em̃ quẽadmodum ex homine hominẽ
et ex bestijs fieri bestiam. sic et ex bonis bonum
natura aũt vult quidem hoc facere multotiens.
non tamen potest. Quod quidem igitur habet
quandã ratõnem dubitatio: et nõ sunt hi quidẽ
natura serui. hi aũt liberi. palã et quod in q̃bus/
dam determinatũ est ꝙ tale quidem quoꝝ huic
expedit seruire. huic aũt dominari et iustum est
et oportet hoc quidem subijci. hoc autem prin/
cipari Quare et despotisare male autem inutili/
ter est ambobus. Idem em̃ expedit parti et toti
et corpori et anime. seruus aũt pars quedaꝫ dñi
velut animatũ aliquod corporis. separata autez
pars corporis. propter quod et expediens ali/
quid est et amicicia seruo et domino ad inuicem
his qui natura tales dignificant. his aũt q̃ nũc
nõ ꝑm hunc modum. sed ꝑm legem et violentiaꝫ
posset contrariũ: Manifestũ aũt ex his qm̃ nõ
idem est despotica et politica. neq; om̃es ad in/
uicem principatus. sicut quidã aiunt. hec q̃dem
em̃ liberoꝝ natura. hec ãt seruoꝝ. et economica
q̃dẽ monarchica. ab vno em̃ regit oĩs dom⁹. po
litica aũt liberoꝝ et equaliũ principat⁹. et despo
tes q̃dẽ igit nõ dicit ꝑm sciam. sed eo ꝙ talis sit
silr aũt ⁊ seruus et liber Scia aũt vtiq; erit et de
spotica et seruilis. Seruilis q̃dẽ q̃lem q̃dã in si/
racusis eruduit. ibi em̃ accipiẽs q̃s ꝑciũ docuit
ancillaria ministeria pueros. Erit aũt ⁊ vtiq; et
ad opus hoꝝ disciplina velut pulmẽtaria. ⁊ alia
talia genera ministratõnis. Sunt em̃ alia alijs
hec q̃dẽ honorabiliora. hec ãt necessariora. ⁊ ꝑꝫ
ꝓuerbiũ seruus em̃ seruũ. dñs aũt dñm. Tales
q̃dẽ igit oẽs seruiles scie sunt. Despotica ãt scia
ẽ q̃ ẽ vsiua seruoꝝ. despotes em̃ nõ in possiden/
do seruos. sed in vtendo seruis. Est aũt hec scia
nihil magnũ hñs neq; venerandũ. q̃ em̃ seruum
oportet scire facere. illũ oportet hoc scire ꝑcipere
ꝓpter quod q̃buscũq; potestas ẽ ꝙ nõ ip̃i malũ
patiant ꝓcurator accipit hũc honorẽ. ip̃i ãt ciui
liter viuunt: aut philosophant. Acq̃sita aũt alte
ra ab vtrisq; his velut que iusta bellica q̃dam ex
istens aut venatiua: De seruo quidem igitur et
domino determinatum sit hoc modo

Queritur vtrũ ingenui

tas seu nobilitas insit alicui hoĩ a natura Arguit pri/
mo ꝙ nõ. qꝛ null⁹ ẽ ingenu⁹ siue nobil nisi a ꝟtute. sed
ꝟt⁹ nõ inest a natura. g̃ ⁊c. Tenet ꝯña ꝑ tulliũ dicentẽ
Dictũ ẽ ab eruditꝫ viris nullũ nisi sapientẽ eẽ nobilem
vl liberꝝ. vbi vult ꝙ sol⁹ sapiẽs sit nobil. mõ sapia acq̃ri
tur ꝑ ꝟtutẽ. g̃ Scdo sic. si h̃ eẽt verꝝ ꝙ ĩgenuitas seu
nobilitas ineẽt alicui hoĩ a natura. h̃ maxime haberet ve
ritatẽ de nobilitate generꝫ. ꝫ ꝑ illã nemo dꝫ dici ĩgenu⁹
vl nobil. g̃ nemo dꝫ dici nobil a natura. Minor ꝑbat ꝑ
Boeciũ dicẽtẽ A nobilitate aliena null⁹ ꝺt aliquẽ eẽ no
bilẽ vl claꝝ In oppositũ ẽ ph̃s in textu. vbi postq̃ ꝓ/
bauit ꝙ aliq̃s ẽ seru⁹ a natura ⁊ aliq̃s dñs. ꝯcludit silr
eẽ ddm de nobilitate ⁊ ingenuitate. Pro responsione

Sciendum primo.

Qꝫ nobilitas siue ingenuitas hoĩs dꝫ attendi magis ꝑ
ea q̃ sunt aĩe q̃ ꝑ ea q̃ sunt corꝑis. bonitas em̃ hoĩs (ꝑm
quã moraliter loquendo simpliciter bon⁹ ꝺꝛ) attendit

ſm virtutē ⁊ opus virtutū. ⁊ ideo ſm veritatem ſoli boni ſunt nobiles. ⁊ mali ignobiles. Vnde ꝺ̄t q̄dam nobilitas ſola eſt animi qui moribus ornat. non exterius q̄ moribus intus abundat. vt ſcribitur primo regum Qui continent me erunt ignobiles ⁊ vicioſi

Sciendum ſecūdo. q̄ cum querit an aliq̄s ſit nobilis a natura poteſt intelligi dupl'r. Vno modo q̄ habeat nobilitatem a natura pfectam. ſcz a parentib⁹ cōtractā Alio mō q̄ habeat talē nobilitatez inclinatiue. q̄ ſcz habet a natura inclinatōem ad acq̄rendum talem libertatē. Vnde aliq̄ ſt̄z inclinati a p̄ncipio natiuitatis ad opandum virtuoſe ⁊ ad acq̄rendas virtutes. ⁊ aliq̄ ad vicium. ⁊ ideo pḣus ꝺ̄t q̄ alii qui ſunt cōfeſtim boni aut mali a natiuitate. ⁊ cū oib⁹ iſtis ſtat liberum arbitriū. Vnde pḣus in textu ꝓpter naturalē inclinatiōem. quā habent homines a natura ꝺ̄t q̄ ſicut ex boue naſcit bos ⁊ ex homine homo. ita ex bonis parentib⁹ naſcitur bonus filius. ⁊ homo videtur eſſe cā ⁊ initiuz vñ p̄mo venit ingenuitas ⁊ nobilitas Vnde duplex p̄t aſſignari rō ꝓpter quā filij bonorum parentum bone inclinationis naſcunt. Primo q̄ cōiter ſunt eiuſdem cōplexionis et forme corporee. mō ſicut ꝺ̄t pḣus in libro phiſionomie. anime ſequunt corpora. quod debet intelligi quantū ad inclinationem ⁊ non quantū ad neceſſitatē. ideo filij imitantur mores parentum ſm q̄ ab eis trahunt talem vel talez cōplexionem corporis. que multum facit ad bontatē vt'ma liciam morum. videmus em̄ quoſdā aptos magis ad vnā virtutem q̄ alios. ⁊ hec diuerſitas cōſurgit ex diuerſitate corporum. Alia ratio eſt. quia filij bonoꝝ ⁊ prudentū parē tum ordinatius ſunt educati ⁊ diligentius eruditi in ſcientia ⁊ moribus ⁊ bonis cōſuetudinib⁹. Et ꝓpter has duas rōnes nobilitas generis eſt ſignū vere nobilitatis que eſt ſm virtutem. vnde quādo talis nobilitas virtutis pſeuerat per ſucceſſionem in prole ⁊ progenie. aliqui efficiuntur p ſuam ſciam ⁊ prudentiā diuites ⁊ potētes. ⁊ tūc preferūtur ceteris in honorib⁹. Vñ exiſtimandū eſt de diuitibus ⁊ magnatib⁹ q̄ ſunt ceteris meliores niſi conſtat de contrario. Vnde moyſes Deutro. ij. dixit ad filios iſrahel Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes ⁊ nobiles et conſtitui eos principes decanos ⁊ tribunos ⁊c.

Sciendum tercio. q̄ iſta noīa nobilis ingenuus et generoſus ſunt ſynonoma. ſed ſi ſtricte accipiant ille dicit ingenuus q̄ (poſtq̄ natus eſt) ſtatim liber eſt. vt dicunt domini iuriſte. Sed ꝺ̄t nobilis q̄ eſt genitus ex virtuoſis parentibus. Sz generoſus ꝺ̄t qui multos habuit anteceſſores nobiles Pro intellectu predictoꝝ ponitur

Concluſio prima

Ille ſimpl'r ꝺ̄t nobilis q̄ virtuoſus eſt. patz. quia nobilitas vera ⁊ ſimpl'r dicta ſumit ſm bonitatem anime. hmōi aūt bonitas eſt ſm virtutem. q̄ ⁊c. Ex quo ſeq̄tur q̄ iſta vera nobilitas eſt ab extrinſeco. pz. q̄ ſumit'a virtute

Oconcluſio ſcḋa. hmōi nobilitas non eſt a natura ꝓpliue ⁊ in actu pfecte. ſed inchoatiue. Prima ps patet. q̄a nobilitas conſiſtit in opatione virtutis ⁊ in virtute aīe principaliter. mō vt ꝺ̄t pḣs aīa ſiue intellectus a p̄ncipio eſt tā q̄ tabula raſa in qua nihil eſt depictuz. Scḋa ps ꝓbatur. q̄ ſicut dictuz eſt aliq̄ ſunt inclinati a natiuitate ad virtutes ⁊ alij ad vicia. ⁊ pḣs vocat quoſdam bñ natos. alios male natos. Ex p̄dictis pz. q̄ hoc q̄ q̄dā ſunt ex nobili, pſapia loquēdo de nobilitate impꝛopꝛie dicta eſt ſignū talis inchoatōis ad nobilitatē veram. Et ob hoc ꝺ̄t in textu allegans quendā poetā. Ex duab⁹ inq̄t ꝓgenitricib⁹. i. nobilibus radicib⁹ q̄s dignificabit adiꝺcere ſeruuz. q̄ſi di. nullus. Vñ ſubiūgit q̄ natura vult hec facere. vbi tangit naturalem inclinatōem quā hñt (vt in plurib⁹) filij ad hoc q̄ inſe quunt virtutes parentuz. ſed tñ multotiēs deficiūt vel per defectū ꝓplexionis q̄ nō ꝓgruit cū cōplexione parentis. q̄ cōſurgit interdū p indiſpoſitionē materie in matrice. vl' per debilitatē virtutis formatiue aut aliq̄d hmōi. Sil'r etiam ꝓtingit p malā aſſuefactionē inuenū. q̄ aliq̄n cōtingit bonam indolē ꝓpter ſectatōem ſuaꝝ paſſionū depꝛauari Sicut em̄ q̄nq̄z ꝓtingit q̄ aliq̄s virtuoſus et pulcher turpē ac diſtortū filium generet. ita cōtingit aliq̄n vere nobilē ⁊ bonam parentē generare filiū qui nō eſt vere nobil' ſed malus et vicioſus. Et inde ꝺ̄t pḣs i ſcḋo rhetoꝛice. q̄ magne nobiliū, pgenies defecerūt Et a magnis ⁊ nobilib⁹ parentib⁹ naſcunt interdū degeneres filij. Sicut em̄ in vna regione fructuū abundātia ⁊ fertilitas durat p tp̄s. ⁊ poſtea ſequitur ſterilitas. ⁊ ecōtra. Ita eſt de nobilitate alicuius ꝓgenici. vñ q̄n hmōi vera nobilitas deficit cōparat in ſcriptura viti ſilueſtri vel oleaſtro Verū eſt tñ q̄ aliq̄n ꝓtrariū cōtingit. vt ſcz de malis parentib⁹ veniant boni filij. q̄ ſcz boni ſunt ⁊ p inclinatōem ⁊ p ꝺſuetudinē bonaꝝ opationum Et in tali poteſt īchoari nobilitas ſue progenici. ⁊ ꝓterea dicebat ille venerabilis Seneca. q̄ vnuſquiſq̄z ſiue ſit rex ſiue ſeruus a nobilib⁹ anteceſſoribꝫ ⁊ ignobilib⁹. liberis. et ſeruis. diuitib⁹ ⁊ pauꝑib⁹ ſumpſit originē Dicit et̄z q̄ fortuna ſepius de tali nobilitate facit ignobilitatē. talis em̄ nobilitas ſeu generoſitas durat in aliq̄bus plus in aliq̄b⁹ vel⁹ minus. Eſt tñ ꝺ̄ſiderandū. q̄ aliq̄ faciunt ſe nobiles vocari p violentiā. vt pura p potentiā tyrannicam. ⁊ talis nec eſt vera nobilitas nec ſignū vere nobilitatis Ex quib⁹ patet q̄ q̄libet aliq̄ recōmendenꝺ de generis nobilitate ſicut habemus in multis legendis ſanctoꝝ. tamē hec nobilitas non ſe habet aliter ad veram nobilitatem q̄ vtima ad ſanitatem. q̄ ipa eſt tñ ſignū vere nobilitatis. ⁊ non ipſa nobilitas. vñ nullus habet gloriari de ſuo genere. quia ſicut dicit Quintilianus. Non ſatis ſuoꝝ cōfidit titulos meritoꝝ. q̄ de aliena ſibi querit claritate ſuffragiū. niſi em̄ vera nobilitas ſit in aliquo non debet gloriari de eo quod eſt in alio. q̄ illud quod eſt in alio non poteſt ipſum felicem facere. vt ꝺ̄t Boetius. Patet etiam q̄ hij q̄ deſcendunt a vere nobilib⁹ parentib⁹ plurimuz ſunt increpandi ⁊ plus q̄ſ quicunq̄z alij quādo non ſunt nobiles nobilitate moꝝ. Eſt em̄ vituperabile multū degenerare de tali nobilitate parentū. ⁊ ideo alii romani non debebant gloriari q̄ſ ſint de genere Solonis Carthonis aut Ceſaris. immo magis eſt eis verecundia q̄ illam nobilitatem ⁊ gloriā virtutum (quā ipſorum parētes ſuis opibus ⁊ meritis nacti fuerunt) ipſi vel ſui p̄deceſſores pdiderunt p ſectationez viciozum. ⁊ ita de alijs q̄ degenerāt a ſuis parentib⁹ dicendū eſt. Et ideo omni die ſe nobiles acclamari iactant qui reuera nobiles non exiſtunt. Et ideo verum eſt illud prouerbiuz. Il eſt vilayn qui fayit loui laide. ⁊ nobile qui eſt de boen vir. Ex predictis patet. q̄ in diuitijs exteriozibus ⁊ bonis naturalibus non conſiſtit nobilitas vera. Patet. quia vt ſic contingit bene et male vti illis. vt dicitur in primo ethicozum. q̄ propter diuitias multi perierunt. diuitie tamē ozdinate ⁊ appꝛopꝛiate ad bonum finem ſunt bone. ⁊ ipſis vt ſic nō contingit male vti. Et ideo ꝺ̄t in q̄nto huius. q̄ diuitie ſunt ozdinatiue virtutū. ⁊ ideo pertinent ad nobilitatem ozganice. Vnde ꝺ̄t Seneca. q̄ nobilitas nihil aliud eſt niſi antiqua et diuitie. quod poteſt intelligi ſic q̄ nobilitas dicta impꝛo

prie sunt antiquate diuitie. qꝛ q̄ diuites sunt ⁊ a parentibꝫ diuitibꝫ geniti alios volūt excellere. ⁊ inde nobiles dici volunt. sed hec nobilitas nō est vera nobilitas q̄uis forte sit signū vere nobilitatis vt dictum est. Vel intelligenduz est ꝙ nobilitas diuitie antiq̄te sunt. i. organa nobilitatis que ē ſm virtutem. Et sic pz responsio ad quesitū

Ad rōnes Ante oppositum

Ad p̄mā ꝯcedit ꝙ nobilitas nō ē a natura cōpletiue sicut nec ꝑtus. sed bñ inchoatiue siue inclinatiue Ad secundam dicit ad auctoritatē Boetij ꝙ filij bonoꝝ ⁊ nobilium parentum debent laudari tanq̄ signum vere nobilitatis. non tamen sunt laudandi ſm se

Otaliter aūt de omni possessione ⁊ pecuniatiua contēplabimur ſm subinductum modū. quoniā q̄dem ⁊ seruus possessionis ꝑs quedam erat. Primum igitur dubitabit aliq̄s vtrum pecuniatiua eadem sit economice et ꝑs quedam aut subministratiua. vel si subministratiua vtrum vt pectini factiua textili. ⁊ sicut eraria statuifice. Non em̄ similiter seruiūt. sed hec q̄dem organa exhibet. hec autem materiā. Dico aūt materiā quod supponit. ex quo aliquid ꝑficitur opus. puta textori q̄dem lana. statuifico aūt es. Ex q̄dem igitur non eadē economica pecuniatiue palam. huius q̄dem est em̄ acquirere huius autem vti. Que em̄ erit que vtitur his q̄ ſm domum preter economicā. Vtrum pars ipsius est q̄dam. ⁊ altera species habet dubitationem. Si enim est pecuniatiuū videre. vnde pecunie acq̄sitio erit possessio. aut multas complectitur partes ⁊ diuitie. Itaq̄ primum agricultura vtrum pars q̄dam pecuniatiue. aut alterū quoddam genus. et vl'iter que circa cibum cura ⁊ acquisitio. Insuꝑ species multe ciboꝝ vite et animaliū ⁊ hominuz sunt. Non em̄ possibile est viuere sine cibo. quare diuersitates ciborum differre fecerunt vitas animaliuz Bestiaꝝ enim hec q̄dem gregata. hec aūt dispersa sunt. vtroq̄ mō expedit ad cibum ip̄is. ꝓpter hec q̄dem esse animalifaga. hec aūt fructifaga. hec aūt omnifaga. Ipsoꝝ esse itaq̄ ad desidias ⁊ electionē. horum natura vitas ipsoꝝ determinauit. Qm̄ autem non idem vtriq̄ delectabile ſm naturā: sed altera alteris. ⁊ ipsoꝝ animalifagoꝝ ⁊ fructifagoꝝ vite ad inuicem differunt Similiter aūt ⁊ hmōi. multis em̄ differūt hoꝝ vite. Qui q̄dem ociosissimi pascuales sunt. q̄ enim a domesticis aīalibꝫ cibus sine labore fit vacantibus. cū aūt fuerit necessariū transmigrare pecoribus propter pascua. ⁊ ipsi cogunt coasseq̄ tanq̄ agriculturā viuentē colentes. Alij aūt ex preda viuunt et predas alij alias. puta hij q̄dem a latrocinio hij aūt a piscatione. qui circa stagna ⁊ paludes et fluuios ⁊ mare tale habitant. hij aūt ex auibus ⁊ bestijs siluestribus. Plurimū aūt genus hominuz ex terra viuit ⁊ domesticis fructibus vite ergo q̄dem vere tot sunt. Quicunq̄ q̄dem sponte natā habent elaboratōem. ⁊ non ꝑ ꝯmutationē ⁊ negociationem ferunt alimentum. pascualis furatiua ⁊ piscatiua venatiua. Alij āt ⁊ miscentes ex his delectabiliter viuūt. cum supplentes defectissimā vitam. qua fiunt deficientes ad ꝑ se sufficientē esse. puta hij q̄dem pascualem simul ⁊ furatiuā. hij aūt agriculatiuā ⁊ venatiuā Simil'r aūt ⁊ circa alias quoq̄ oportunitates cōpellat hoc mō degunt. Talis q̄dem ergo acq̄sitio ad ipsa videtur natura data oībꝫ sicut ſm primā generationē mox. sic et ſm ꝑfectionē Etem̄ ſm eam q̄ a p̄ncipio generatōem hec q̄dem animaliū cooperiūt tantū alimentū vt sufficiens sit quousq̄ vtiq̄ possit ip̄m sibijpsi acq̄rere q̄d generatū est. sicut q̄cunq̄ vermificāt aut ouificant. Quecūq̄ aūt aīalificāt ꝓ genitis habent cibū in seipsis ad tempus vocatū lactis naturam. Quare sil'ter palā qm̄ ⁊ genitis existimandū plantas aīaliū gracia esse. ⁊ aīalia hoīm gracia. domestica q̄dem ⁊ ꝓpter vsum ⁊ ꝓpter cibum. siluestria autem q̄uis non om̄ia tamē plurima cibi ⁊ alterius auxilij gracia. vt et

vestis. ⁊ alia organa fiant ex ipsis. Si ergo natura nihil neqꝫ supfactuꝫ facit. neqꝫ frustra. Necessariū hominū gratia oīa fecisse naturam. propter quod ⁊ bellica natura acq̄sitiua aliqualiter erit. Predatiua eīm ꝑs ipius q̄ oportet vti et ad bestias ⁊ ad homīes. q̄cunqꝫ nati subiici non volunt. tanqꝫ natura iustum sit predatiuū bellum ⁊ primū. Una q̄dem species possessiua ꝑm naturam economice pars est. quaꝫ oportet aut existere aut acquirere ipsam. vt existāt quarum est thesaurizatio rerum ad vite necessitatem ⁊ vtilitatem in ꝯmunionem ciuitatis ⁊ domus Et videnť vere diuitie ex his eē. possessionis eīm talis per sufficientia ad bonā vitam nō infinita est sibi. Solon inquit poetizans diuitia ꝙ nullus terminus ꝑfinitus viris. ponit eīm quemadmodum ⁊ alijs artibus. nulluꝫ eīm organum infinituꝫ nullius est artis. neqꝫ multitudine neqꝫ magnitudine diuitie aut organoruꝫ multitudo sunt economico ⁊ politico. ℭ Qui dem ergo est q̄dam possessiua ꝑm naturaꝫ economicis ⁊ politicis. ⁊ ꝓpter quā causam palā.

Queritur. utruꝫ homo

clinatur dupliciter. Primo quantū ad eius ꝓncipalez finem. scz ad bonum ꝓlis. Nō em̄ natura intendit solum ꝓlis generatōnem. sed etiam eius ꝓductōem ad debitam pfectōem. et sic natura cōmunis intendit productōem fetus ad pfectōem nature. et sic etiam natura ratōnalis intendit ad pfectōnem ratōnis. Ut̄ tria habemus a parentib⁹ ſm ꝑh̄m octauo ethicoꝝ. scz esse nutrimentū. et disciplinā. filij aūt a parentib⁹ educari et instrui nō possunt nisi sint in certo numero et nisi diu cū eius ꝙuersatōnem habeant quod nō fieret nisi esset obligatio vnius viri ad mulierem determinatā, quā obligatōnem vocat ꝑh̄us nuptialem. z in alia facultate matrimonium appellatur. Scdo inclinatur natura ratōnalis ad hanc determinatā copulam quantū ad finem secundariū. qui est mutua societas et obsequiū in reb⁹ domesticis vel politicis. sicut em̄ natura ratōnalis inclinat ad vitam cōmunem. qz vnus homo indiget ope alterius. et ideo etiam inclinat ad quandā sociatōem viri ad mulierem. qz inter opera ciuilia vel domestica quedā pertinent magis ad mulierem. quedā vero magis ad virum. Patet ergo q naturale est vnicū virum vnicā mulierem habere. et vnica cōtentari debere et eidem indiuisibiliter adherere. Nam nullus fideliter admiscet alicui si ab amicicia eius discedat. eo q (vt ait sanct⁹ hieronimus) non est vera amicicia si vnq̄ desierit. Si em̄ volumus inter virum et mulierē debitam fidem et amiciam saluare (quod oīes ꝓcedunt debere esse) oportet alterum alteri adherere indiuisibiliter. Et hoc videtur tangere Valerius maxim⁹ in libro de institutis antiqs vbi ait q repudium inter virum et vxorē tempore quo vbs romana fuit condita vsq ad centesimū et quadragesimū annum nullum intercessit. prius aūt dimisit vxorem sterilitatis causa. Scottus cubilinus qui postq̄ tolerabili ratōe fuit motus. reprehensione tamen nō caruit. qz cuncti arbitrabant cupiditatē liberoꝝ fidei coniugali nō debere ꝓponi. Et in hoc cōmendatur viri z vxoris indissolubilis nexus. Ex predictis etiam bene sequitur q habere plures vxores simul (quod bigamia dicitur) est cōtra ius naturale speciei. cuius accipiat aliquos fetus nō reputatur contra naturam seu dictamē ratōnis. qz vnius et eiusdem viri possunt esse plures vxores simul. Probat correlariū. q illud quod est contra equalitatem obligatōnis et federis nuptialis (que ē naturalis vt dictum est) est contra naturā. sed habere plures vxores est hmōi. ergo ꝛc. Non em̄ potest esse equalis obligatio ex pte vnius et plurium. Unde ſm doctores nostros catholicos habere plures aut binas vxores sine diuina dispensatōne quis nō potest. Ipe aūt de⁹ (qui supra ius naturale est) potest dispensare. sicut z fecit cum patriarchis et ꝓphetis antique legis. Qualis aūt erit illa dispensatio vel tacita seu expressa alioꝝ est speculationis. cuius aūt apud aliquas sectas (vt apud sarracenos et forte apud aliquas alias barbaras natōnes) nō reputetur repugnans vnum virum simul habere plures vxores. apud tamen nullas gentes ſm quascūq leges legitur hoc fuisse indultū. vt simul vna mulier pluribus viris in iugio copuletur. hoc em̄ est contra naturalem ordinem maris et femine. sp em̄ vir debet esse preeminens z maioris auctoritatis. vt dictū est in ꝑmo huius. cui mulier que debet esse subiecta viro. nullus autez eque p se duob⁹ vel pluribus potest esse subiectus. Et ideo si mulier debet esse subiecta viro (ex quo totā potestatē sui corporis vni viro tribuit) ꝙtra naturalē ordinem est vt viro alteri sit subiecta. nam sic idem possit dominari plurib⁹ vt plures sunt qd̄ ſm ordinē naturalē eē nō potest. Scdo etiam tolleret pax et concordia. qz nūq̄ vel raro vnus viroꝝ suis reb⁹ ab alio vti delectat sine offensione. Tercio impediret fecūditas filioꝝ. qz iz vn⁹ vir fecundat multas mulieres. nō, tñ econuerso vna fecundatur a multis viris. sicut patet de meretricib⁹ que nō fecundantur vel raro. Quarto impediret plis educatio. eo q ꝓles esset incerta. Et finaliter infertur q vir nō potest alteri cōcedere vxorē suam etiam si ipa cōsentiat. Patet. qz hoc esset ꝙtra fidem thori. Nec valet si dicatur. fides nō frangitur vbi interuenit mutuus ꝓsensus. qz posteriora semp ꝓsupponunt ꝓriora. fides aūt thori fundatur in naturali bono quasi cōfirmatiua eius. et ideo semp fides tenenda est vbi finis fidei. s. cer titudo ꝓlis et naturale bonū tollit. Et ideo casus iste nō est admittendus si medicus clare videret et ꝓsuleret q vxor istius posset ab altero concipere. et vxor alterius ab isto. nunq̄ posset fieri cōmutatio vt iste traderet sibi suam. et alter illi suā. Patet qz repugnat iegi superioris scz nature. nā vxor tua magis est superioris z supremi q̄ tua. et ideo vbi repugnat eis et quocūq̄ mutuo consensu interueniente licite fieri nō potest. Patz ḡ q in ciuitate bñ recta nō debet esse cōmunitas oīm mulierum sz ciues determinatas debent habere z ecōtra.

Ad rōnes añ oppositū

factas. Ad ꝑmā est dom. cū dr illud est licitū ꝛc. negatur q ciuitas debet esse maxime vna. ꝓcesso tñ q debeat esse maxime vna ſm dilectōem ciuiū. Et negef minor. ciuitas em̄ potius p cōitatē mulierū pareret diminutionē et discordiā q̄ ꝓcordiā z vnionē. Et p hoc pz ad sit dom ad ꝓfirmatōem. Ad scdam negef minor. immo p cōitatē mulierū oīno tollit ꝓlificatio. eo q femina nō fecūdat a multis viris. Impedit em̄ in meretricibus (quas scottas z lupas appellat) plurīū viroꝝ frequentia ne ꝓlificent vt cetere probe mulieres

Circa verba philoso

phi in textu p̄cedenti posita mouet ista questio. Utruz patri liceat filiū abnegare. hoc est q̄rere vtr. pater de iure est obligatus ad educatōem filij Arguit q nō. da pater z filius dicunt correlatiue. ḡ videt alterius ad alterū esse equalis obligatio. sz filius nō obligat patri subuenire in vite necessarijs. qz ad hoc cogi nō pt. ḡ nec econtra. Preterea nemo obligat de incerto. sz incertū est patri si filius sit eius. ḡ saltē in tali casu pater non obligat ad filiū In oppositū est ph̄s in textu. vbi incōueniēs ꝙtra socratē adducit q nō esset diligens cura filioꝝ si filij essent cōmunes. quod voluit socrates vt dictum est in precedenti questione.

Sciendum primo

Q sicut dictū est in questione p̄cedēti socrates posuit filios eē cōes in ciuitate sicut vxores et mulieres Que aūt incōueniētia seq̄rent ex cōitate mulierū tactū ē in questione p̄cedenti. iō restat videre de filijs occasione cui⁹ mota est hec questio sup obligatōne parentū ad filios. q qdem obligatio nō bñ stare videtur cū lege socratis.

ideo ꝓ eius intellectu.

Sciendū scdo. q̄ phs octauo ethicoꝝ triplici rōe ꝓ dat parentes plus diligere filios q̄ econuerso. Primo ex diuturnitate tempoꝝ. Scdo ex diuturnitate ꝓlis t certitudine Tercio ex vnione parentū ad filios Primo siq̄dem ex diuturnitate tempoꝝ. nā quāto amor magꝫ durat tanto vehemētior efficit amor ār parentū ad filios diuturnior est q̄ econuerso. nam pueri mox nati diligunt a parentib⁹. ipi aūt filij nō eos diligunt tūc. sed tm cū pueniunt ad annos discretōis. diuturnior est g̃ amor parentū ad filios q̄ vehementior. Scdo ex certitudine ꝓlis. nā si nō sit certitudo oīmoda patri q̄ sit eius filius tm mater certa est. et adhuc ambo parentes sunt magis certi de sua ꝓle q̄ econuerso. ꝓles em certificari nō ꝑt de suis parentib⁹ nisi ex q̄busdā signis vel etiā ex alioꝝ relatione. Et q̄ puer videt ꝑsonas aliquas magis affici ad eū q̄ alias arguit illas esse parentes eius. vel q̄ audit ab alijs. sic esse putat. in ꝓncipio tm natiuitatis eius nō est illius cognitōis vt possit cognoscere a qua matre ꝓcessit vel a quo patre. parentes tm statim hñt cognitōnem de ipa ꝓle. iō magis certificari de ipa ꝑt q̄ econtra. Nā inter parentes et filios est amor naturalis. ergo tanto erit validior quāto maior ē certitudo. In hac rōne ꝓbari posset q̄ mulieres siue matres vehemētius diligunt pueros q̄ patres. q̄ sunt certiores de eis Tercio ex vnione parentū ad filios. q̄ filius ē aliq̄d patris sicut ps est aliq̄d totⁱ. parens ār nō dr eē aliq̄d filij. iō dr eē filius magis ꝓpinquus parentib⁹ q̄ econtra. q̄ aūt est maioꝝ ꝓpinq̃tate vnitus alteri tanto magꝫ ab eo diligitur. Ex his ār sufficienter arguit ꝑt q̄ ad parētes spectat determiare t solicitare circa regim filioꝝ. q̄ vnusq̄sq̄ q̄ dz gerere curā circa ea circa q̄ afficit amoꝝ Et q̄ etiā ꝑz q̄ lex socratis ponēs cōes eē filios dero gat legi nature. qua lege vehemēter pater diligit filiū. Et insup fecit lex socratis magnā iniuriā pueris. nā vt dr phs octauo ethicoꝝ. multos esse amicos sm ꝓfectā amicicia nō cōtingit. Est em ipossibile aut saltē difficile multas ꝑsonas sil valde amare. Nā valde amare dr quādam supabundantia. supabūdantia aūt est magis apta nata esse ad vnū q̄ ad multos. iō ibi ꝯcludit phs q̄ multis placere valde nō ē facile. q̄re si q̄libet ciuis crederet quelibet puer eē ꝓprius filiꝰ. ꝓgeret eiꝰ amor in tantā multitudinem q̄ modicū amaret vnūquēq̄ t modicū curaret de vnoquoq̄. imo nulli ciues essent certi. cū nullo mō suspicari possent oēs pueros eē suos filios. si g̃ diligerēt oēs tanq̄ filios hoc eēt rōne duoꝝ vel triū filioꝝ q̄s crederent esse filios ꝓprios. t q̄ illi nō essent certitudinaliter nati opinabat socrates q̄ oēs alios diligeret intime ꝓpe illos. Sz vt arguit phs in textu ꝓpe duos vel tres seu paucos velle multitudinē magnā pueroꝝ diligere tanq̄ ꝓprios filios. hoc est silē ac si poneret paꝝ de melle i multa aqua. q̄ statim ꝯsumit. nec ꝑt aliq̄d facere dulce. sic amor duoꝝ vel triū filioꝝ inumerabilē multitudinē filiorum in ciuitate existentiū nō posset reddere placabilē t dilectam. sed non existente dilectōne ad pueros nō habebitur debita cura nec diligentia erga filios

Conclusio ꝓma

Stante lege socratis patres nō tm obligarent ad filios quantū dicrat lex nature. Probat. q̄ lex nature dr patrē filiū amare et de ipo curā habere. necū in hoibus sz etiā in alijs aialib⁹. t quāto habet de filio maior certitudo. tāto magꝫ de eo habet cura. sed vt ex dictis apparet nō eēt tāta certitudo de filijs illa lege stāte sicut nūc est. imo nulla esset certitudo. q̄ sm ipm mulieres eent cōes. g̃ ꝯclusio ꝓa. Est ār ꝯsiderandū circa ꝯclusionē q̄ duplex est obligatio. Quedā ē legalis. qua q̄s iuste cogi ꝑt ad dandū vel ad soluendū. Alia est moralis solum. q̄ scz q̄s sm dictamen recte rōnis dare vel tribuere tenet si affuerit opoꝝtunitas. sz ad hⁿ de iure cogi nō ꝑt.

Ocōclusio scda. aliq̄bus temporib⁹. scz anteq̄ filij possint vti rōne t ꝓuidētia. parētes ex legali obligatōe nō ꝑnt filios abnegare. imo tenent ad eoꝝ enutritōnem et educatōem. t ad hoc faciendū legib⁹ cogi ꝑnt. Patet hⁿ esse rōnabile. q̄ leges humane dicūt q̄ indigentib⁹ sm possibile subueniendū est. ne humane creature pereant. g̃ leges dicūt obligatos ad hoc ꝯstringere. sed parētes de iure naturali nō solū specifico sz etiā generali oīm aialium ꝓfectoꝝ obligant ad filioꝝ suoꝝ educatōez et enutritōem vsq̄ ad vsum ꝓuidētie. g̃ leges humane dicūt parētes ad hoc ꝯstringi posse si ꝯ naturā vellent suos filios denegare. Notāter dicebat (aliq̄b⁹ temporib⁹) q̄a post filioꝝ sufficientē educatōnem nō obligant ad eos legali obligatōe. Cuius rō est. q̄ tūc forte filij bñ ꝑnt sibi ꝓuidere de necessarijs sicut et ipi parētes. Parentes ār grauarent si cogerent talib⁹ subuenire t ꝓuidere de necessarijs. Rursum illud debitū legale fundatū est sup iure naturali siue debito nature. tali g̃ cessante debito debent etiā cessare leges obligatorie. sz illud debitus nature cessat cōpleta filioꝝ educatōe et enutritōe. Naz et tūc videm⁹ in singulis brutis parētes filios et natos suos relinq̄re. Possibile est ār q̄ hoc patiat instantiā in aliquo casu ꝑticulari t sm ꝯsuetudinē locale. vt puta in diuitib⁹ t nobilib⁹. vbi forte habet ꝓ ꝯsuetudine q̄ filij debent parentib⁹ subuenire in hereditatib⁹. et ita ē dōm de multis alijs casib⁹ ꝑticularib⁹. quos nō est possibile circa talē materiā plenarie determinare. De filijs ār anteq̄ habeant vsum rōnis et ꝓuidētie manifestū est q̄ nullo iure ꝓles obligant parentib⁹ subuenire. Primo q̄dem nō naturali. q̄ tunc nō sunt neq̄ doli neq̄ rōnis capaces Silr neq̄ legali. q̄ tūc nō possident aliqua q̄ pater nō habeat dominiū seu custodiā t regimē. nisi forte aliq̄ ꝓ leges ꝑticulares obsistant. De cōi em lege filius est possessio patris donec emancipetur ab eo. Silr etiā nec post q̄ educati sunt et addulti q̄tū est de legali obligatōe sunt ad nutritōem parentū obligati. vnde nec ꝑnt ad hoc cōpelli. ꝓmo q̄ vt in plurimum parētes hñt vsum rōis t ꝓuidētie. Scdo q̄ vt in plurimū parentes sunt ditiores filijs. Tercio q̄ etsi ꝓtingat vtroq̄ parētes eē paupes. tm filij magꝫ onerati sunt de nutritōe t ꝓuisione vtroꝝ t filioꝝ suoꝝ. ad q̄s (vt dictuz ē) legaliter sunt obligati. Nec etiam naturale est q̄ filij enutriāt parētes sicut econtra. q̄ etiā filij a parētib⁹ legaliter absoluti ꝑnt libere amicicias spēales t matrimoniū ꝓtrahere t mercātias t singulos ꝓtract⁹ ciuiles exercere. q̄b⁹ sibi ꝓuidere ꝑnt t ꝓsulere Ex q̄ ꝑz. q̄ illud (q̄d parētes filijs in sua educatōe dederūt) p modum doni meri dederūt t nō p modū mutui. Ideo filiꝰ ad retributōem nō ē cogēdꝰ. Sz loquēdo de moralī obligatione q̄ attendit ex ꝓte amicicie patre t filio existentib⁹ bonis neuter posset vnⁿ altez dimittere Patz. q̄ amicicia ē vinculū amicoꝝ q̄ alter ad alterū affectū hz bñfaciendi t indigentijs futuris succurrendi si possit. Ideo

in tali obligatōne obligant sibiīnuicē nedū generali obligatōne. qua de iure naturali vnusquisq; tenet subuenire primo in necessitate. sz etiā speciali obligatōe q̄ fundatur in amicicia patris ad filiū t ecōuerso. Ex q̄ pt inferri q̄ quantū est ex pte amicicie pater pt minus filium abnegare subtrahendo sibi subsidiū. q̄ filiꝰ patrē Pater. qz quāto amicicia ē maior tāto est fortior obligatio. put attendit ex pte amicicie. Sz cōmuniter maior ē amicicia patris ad filiū q̄ ecōuerso. put pbatū est supius. igit tē. Sz si obligatio moralis attendat ex pte beneficij accepti filiꝰ nō pt patrē abnegare. imo plus tenetur patri q̄ ecōtra. obligat em sp ad retributoem Ideo dt phs. viij. ethico. q̄ nō lz filio patrē abnegare. Et ita pz q̄ patre se habēte recte ad filiū t fm rectū cursuz naturalē filiꝰ nō pt sibi reddere ꝯdignum Ex et notāter dt patre recte se hñte ad filiū. qz sic filiꝰ bonus dz honorare patrē. Ex et qz fm legē Socratz si filij eēnt cōes oibz viris nunq̄ fieret retributio parentib⁹ a filijs. eo q̄ possent retribuere eis q̄ nō essent vere parentes eoꝝ. Aut etiā. qz talis retributio nō posset fieri oib⁹. q̄re sequtur q̄ illa lex socratis nō est in politia bñ recta pmittenda nec admittenda. Uñ et eā phs rōnib⁹ impugnat. Inter aūt alia mala q̄ inde sequunt hoc vnū est. q̄ supposita cōitate filioꝝ sequtur vilificatio nobiliū t exaltatio seruoꝝ et psonaꝝ viliū. qđ ē ꝟ naturā. Nam eē vxores t filios cōes nō pt esse nisi equalis cura de filijs nobiliū t psonaꝝ viliū adhiberet Sz si ita eēt filij nobiliū dep̄merentur. t filij plebeoꝝ exaltarentur. t sic non esset amicicia inter ciues. qz fm phm equale t ꝓportionale seruant amicicia. et ideo ad amicicia seruāda oportz q̄ inter eos sit talis amicicia q̄ libet se habeat fm ꝓportōem suam vt quando seruiunt nobilib⁹ ignobiles tunc nobiles retribuunt sibi mercedē fm ꝓportōem seruitij. Uelle q̄ filios ipoꝝ ciuiū cōes ee et equalē curā geri de filijs nobilium et ignobiliū est vilificare nobiles et exaltare ignobiles. et nō seruare amicicia inter seipos. qđ est incōueniens. Sz circa illud qđ adducit in textu p incōuenienti de lege mulierū posset adduci talis questio Utrū licitū sit aut ꝟ ius naturale copulari nuptialiter viruz t mulierē ꝟsanguineos. Pro cuiꝰ resp̄onsione ꝟsideranduꝫ est. q̄ ꝟsanguinitas non est aliud q̄ cōicatio sanguinis. Cōmunicatio aūt ista fit ꝑ originē vnius ab altero. vñ inter eos q̄ cōmunicāt in originē ē etiā ꝓpinq̄tas cōsanguinitatis Cōmunicāt aūt in originē dante cū accipiente ab eadē. et iō inter tales ē vinculū ꝟsanguinitatis Hoc aūt vinculū fundat sub triplici cōicantia. scz nature cure t disciplīne. fm q̄ tria habem⁹ a parentib⁹ vt dictū ē. Nā qđē qz suba carnis in ple a parētib⁹ descindit et alimentū. qz cura parentū vsq; ad eoꝝ debitā ꝑfectōem ꝓtendit. qz ples sub patris potestate t subiectōe habetur. Ex his q̄ vinculū ꝟsanguinitatis causat t fortificatur. q̄ꝝ pmū solū ē in aiantib⁹. scdm aūt nō ē in eis nisi forte fm tps modicū vt an dictū ē. t iō in eis ꝟsanguinitas nō cōputat. qz vero ipa nature similitudo p̄cessuz generatōis ex cōmixtione sanguinis alicui ꝑ aliū ꝑ mutat. Ex cura parentū ad filios q̄nto plus descēdit a stipite tāto plus remouet filioꝝ disciplia t subiectio debilitat. Ideo ꝟsanguinitas terminat tandē in certo gradu. Pro quo ꝟsiderandū est scdo. q̄ fm iuristas consanguinitas distinguit ꝑ lineas. linee vero per gradus. gradus aūt ꝑ psonas Unde consanguinitas sic potest definiri. Consanguinitas est vinculū psonaꝝ ab eodez stipite descendentiū carnali ꝓpagatōe ꝓtractū Stipes aūt est illa psona a qua oēs alij eiusdē generatōis ducūt originē. Unde et supra in pncipio pmi huius phs vocat talem senissimū dicens. q̄ omis domus regit a senissimo. Linea est ordinata collatio psonaꝝ ꝟsanguinitate ꝓiunctaꝝ diuersos gradus attinens. Gradus vero fm canones est distantia psonaꝝ. qua cognoscit quota generatōis. Notanter dicebat (fm canones) qz aliter fit cōputatio graduū fm ius ciuile et alit fm ius canonicū. Nam fm ius ciuile vna psona relata ad alterā facit gradū. Unde due psone faciunt duos gradus. qz vna psona alteri succedit in hereditatē. Sed fm ius canonicū due psone relate ad inuicem vnū gradum constituunt. qz due psone sibiīnuicem copulātur in matrimonio. Qualiter aūt ista specialius distinguant ptinet ad dominos iuristas. nec hoc dicere patitur tempozis angustia nec vis instantis algoris. Sed quantū ad ꝓpositum videt spectare dicendū est ad hoc q̄ q̄rebat. q̄ vinculū ꝟsanguinitatis impedit ꝓtractū nuptialē in aliq̄bus gradib⁹ ꝑpter dictamen legis nature. t in aliq̄bus gradib⁹ ꝑpter ꝓhibitōem legis diuine. et in aliq̄b⁹ gradib⁹ ꝑpter statutū ecclesie. Uinculū aūt qđ est stipitis ad plem impedit ꝑpter dictamē nature. Unde et apud omes omi tempoze obseruatum est. vt filius matri t filia patri nō copulabat. quia maior debetur reuerentia parenti a prole q̄ coniugi a coniuge. Similiter et ordo generatōis naturalis debet semp ꝓcedere et nō retrocedere. quod fieret si parens ꝓli coniugaretur in generatōis opere Nec obstat si forte sit aliqua contraria cōsuetudo apud aliquas barbaras natōnes. quia ardor carnalis cōcupiscentie in eis legis nature dictamen obnubilat. Unde ait Gregoriꝰ de tali coniugio. t allegat a magistro petro quarto sententia. distinc. xl. Experimento inquit didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Uinculum vero ꝟsanguinitatis impedit coniugiū fm ꝓhibitōem legis diuine vsq; ad secundum gradum ꝑpter honestatē mutue conuersatōis quia tales solent simul cōmanere Ex si licita esset talis copula daretur occasio luxurie. cum potius vnus taliū debeat castitatem alteri seruare. Unde leuitici. xviij. dicit lex. Omnis homo ad proximam sanguinis sui nō accedat. Prohibet etiam lex ibidem. vt turpitudo matris alteri non reueletur. Uinculum vero ꝟsanguinitatis vsq; ad quartum gradum hodie impedit coniugium fm statutum ecclesie quod est de iure canonico. et hoc ꝑpter bonum ꝟsanguinitatis et amicicie dilatanoe. duz homo ad ꝟsanguineos vxoris sue se habet vt ad suos. Antiq̄tus em nō licebat contrahere in septimo gradu Sed tres vltimi iam reuocati sunt. vt scz hodie in quinto gradu liceat contrahere. Patet ergo q̄ cōmunitas mulieꝝ est quodāmodo contra legem nature. p quanto ex tali cōmunitate seq̄retur cohabitatio consanguineorum. qđ ē ꝟ legē nature. Et ita patz insipientia legis socratis q̄ ad h. Uñ phus dt octauo de aiālib⁹. q̄ qdam equus decept⁹ fuit vt matri sue cōmisceret. q̄ facto seipsum p̄cipitauit q̄si pre horroze. Nota etiam punitōem amon filij dauid. qui fecerat incestū cum thamar sorore sua. vt patz scdo Regū tercio Rationes aūt opositū facilit p̄nt solui ex dictis. vt patz ꝟsideranti.

Abitis aūt his est ꝟsiderare de possessio

ne. quõ autem oportz constitutũ esse futuris cõ
uersari ꝑm optimam policiã. vtrum cõmunem
aut non cõmunẽ oporteat esse possessionẽ. hoc
aũt vtiqꝫ considerabit quis. Et seorsum extra le
gis statuta de pueris et vxoribꝫ. Dico aũt q̃ cir/
ca possessionẽ vtrũ et si sint illa vxoris seorsum
ꝑm modũ quẽ nunc se habent. aut om̃es cõmu/
nes esse possessiones melius ⁊ vsus puta cam/
pos q̃dem seorsum. fructus aũt in cõmune fetẽ
tes impendere. Quod q̃dem quedã faciunt na/
tionũ. Aut ꝯtrario mõ terrã q̃dem cõmunẽ ter
re et colere cõmuniter. fructus aũt diuidi ad ꝓ/
prios vsus. Dicunt̃ aũt q̃dã ⁊ hoc mõ cõmuni
care barbaroꝝ. aut et campos et fructus cõmu
nes. Alteris q̃dẽ ergo existẽtibꝫ cultoribꝫ. aliis
vtiqꝫ erit modus ⁊ facilior. ip̃is aũt laborantibꝫ
q̃ circa possessiones plures vtiqꝫ exhibebant di
fficultates Etem̃ in fructibꝫ ⁊ operibꝫ nõ factis
eq̃libꝫ. sꝫ ineq̃libꝫ necessariũ actu accusatões fie
ri ad fruentes q̃dem si accipientes q̃dem multa
pauca aũt laborantes. Ab his q̃ minus q̃dem
accipiunt. plus aũt laborant. oĩa aũt laborant.
Om̃ino aũt cõe et cõmunicare humanis oĩbꝫ
difficile. ⁊ maxime talibꝫ. ostendũt ãt cõperegri
nantiũ cõitates. fere em̃ plurimi dissidentes ex
his q̃ impotibꝫ et ex paruis ꝓpulsantes inuicez
Adhuc ãt famulantiũ his maxime offendimur
q̃bus plurimũ indigemus ad ministratões an/
cillares. cõmunes q̃dem esse possessiones. has
et alias tales habet difficultates. Eo aũt mõ q̃
nunc habet se sup̃ ornatum consuetudinibꝫ ⁊ or
dinem legum rectaꝝ. nõ modicũ vtiqꝫ differret
habebit em̃ quod ex ambobꝫ bonũ: Dico ãt q̃d
ex ambobꝫ q̃d et cõmunes esse possessiones et
quod extra ꝓprias. Oportet em̃ aliquo mõ qui
dem̃ esse cõmunes: om̃es aũt ꝓprias. Cure qui
dem em̃ diuise litigia ad inuicẽ nõ faciunt. ma/
gis aũt adesset: vt ad ꝓprium vnicuiqꝫ insisten/
tes. propter virtutẽ ãt erit ad vti ꝑm prouerbiũ
Cõmunia q̃ amicoꝝ. Est aũt et nunc hoc mo/
do in quibusdã ciuitatibꝫ sic subscriptũ tãq̃ꝫ non
existens impossibile. maxime in bene dispositis
hec q̃dem sunt. hec aũt fient vtiqꝫ. Propriã em̃
vnusquisqꝫ possessionẽ habens hec q̃dem vtilia
facit amicis. his ãt vtunt̃ tãq̃ꝫ cõibꝫ. velut in la
cedemonia seruis vtunt̃ his q̃ inuicẽ vt dicere
ꝓpriis. Adhuc ãt equis et talibꝫ si indigeant ꝓ
viaticis magꝫ peregrinationũ. Manifestũ ergo
q̃ meliꝰ q̃dem esse ꝓprias possessiones. vsu ãt
facere cões Quõ ãt fiant tales. legislatoris opꝰ
hoc ꝓpriũ est. Adhuc q̃d ad delectatõem ⁊ ine/
narrabile q̃ꝫtũ differt putare aliq̃d ꝓpriũ. neq̃ q̃ꝫ
em̃ vane q̃ ad seip̃am hꝫ amiciciã vnusquisqꝫ. sꝫ h̃
ẽ naturale: Philanaton ãt eẽ vitupatur et iuste
non est aũt hoc amare seip̃m. quẽadmodum et
amatorẽ pecuniaꝝ: quã amãt q̃dẽ oẽs: vt dicat̃
vnũq̃dqꝫ taliũ. Atuero ⁊ largiri et auxiliari ami
cis aut alteris delectabilissimũ q̃d in possessio/
ne ꝓpria exñte. hec itaqꝫ accidũt nimis vnã faci
entibꝫ ciuitatẽ. Et ad hoc interimũt opa duarũ
virtutũ Manifeste temperantie q̃dẽ circa mu/
lieres. opus em̃ bonum ab aliena existẽte absti/
nere propter temperantiã. liberalitas aũt circa
possessiones. neqꝫ em̃ erit manifestus liberalis
existens neqꝫ opabitur actum liberalẽ neqꝫ vnũ
in vsu enim possessionum liberalitas opus est.
Unde faciei quidem ergo et philantropos vti
qꝫ esse videbitur. Audiens enim gaudens sus/
cipit. putans fore amiciciam quandam mirabi
lem om̃ibus ad omnes. Aliterqꝫ cum accusat
aliquis nunc existentia in policiis mala tãq̃ꝫ fa
cta propter non cõmunem esse substãtiã. Dico
autem deceptatõnes ad inuicem circa cõtrac/
tuum ⁊ falsoꝝ testimonioꝝ iudicia. ⁊ diuitũ adu

lationes. quoꝝ nihil fit ꝓpter incõmunicatio/
nẽ. sed ꝓpter maliciã. quã ⁊ om̃ia possidẽtes vi
demus q̃ꝫ seꝑatim substãtias habẽtes. sed vide
mus paucos ex cõicatiõibꝫ dissidẽtes ad mul
tos cõꝑantes possidentes segregatim possessi
ones Adhuc ãt iustũ nõ solũ dicere q̃ꝫtis ꝑuãt̃
cõicãtes sꝫ etiã q̃ꝫtis bonis. Videt̃ ãt eẽ oĩo im
possibil' vita. Cã ãt deuiatõis socratis oꝫ puta
re suppositionẽ nõ existentẽ rectã. oꝑtet q̃dem
em̃ esse mõ aliquo vnã ⁊ domũ ⁊ ciuitatẽ. sꝫ nõ
om̃ino. Et q̃dem em̃ vt nõ erit ꝓcedẽs ciuitas
est aũt ⁊ erit q̃dem ꝓprie aũt existens. vt nõ sit
ciuitas erit deterior ciuitas. Quẽadmodũ vti
q̃ꝫ si quis simphoniã faciat: omofoniam ⁊ rich
mon basem vnam. Sed oportet multitudinez
existentẽ quemadmodũ dictum est ꝑus. prop/
ter disciplinã cõmunẽ ⁊ vnam facere ⁊ futuraꝫ
disciplinã inducere ⁊ putantez ꝑ hanc fore ciui
tatem studiosam. etiam cõueniẽs talibus exi/
stimare dirigere. sed non cõsuetudinibꝫ ⁊ phi/
losophia a legibus. Quemadmodũ que circa
possessiões ĩ lacedemonia ⁊ circa pro cõuiuijs
legislator cõmunicauit. Oportet aũt non hoc
ip̃m ignorare. quia oportet attẽdere multo tem
pore. multis annis. in q̃bus non vtiq̃ꝫ lateat. si
hoc bñ habent. om̃ia fere inuenta sunt: his aũt
non vtunt̃ cognoscentes. Maxime autẽ vtiq̃ꝫ
manifestũ. si quis operibus talem videat poli/
ciam constructã. non em̃ poterit nõ partiẽs tẽ/
pora ⁊ segregans facere ciuitatẽ. hec aũt in cõ
uiuia hec in cõfraternitates ⁊ tribus. Itaq̃ꝫ et
nihil aliđ accidit eẽ lege statutũ p̃ter nõ agros
colere municipes. quod ⁊ nũc lacedemonij fa/
cere conant̃ Quinimo sed neq̃ꝫ modus totius
policie quis erit cõmunicantibꝫ. hoc dixit So
crates. neq̃ꝫ facile dicere Eq̃dẽ fere multitudo
ciuitatis vniuersoꝝ ciuiuꝫ fit multitudo. de q̃/
busnihil determĩatũ est ꝑus: ⁊ agricolis ꝯue/
niẽs esse oꝑtet possessiones vnũquẽq̃ꝫ ꝓprias
adhuc vxores et pueros ꝓprios aut cões. Si
q̃dem em̃ eodẽ mõ cõia om̃ia oĩbus. q̃d differ
rent isti ab illis municipibꝫ. aut q̃s plus susti/
nentibꝫ ꝑncipatũ ipsoꝝ. aut q̃d passi sufferant
ꝑncipatũ. nisi aliq̃d sapiãt tale q̃le cretẽses. illi
em̃ alia hic seruis dimittẽtes solũ negãt gym/
nasia ⁊ armoꝝ possessionẽ. Si ãt quẽadmodũ
in alijs ciuitatibꝫ ⁊ apđ illos erũt talia: q̃s mo
dus erit cõitatibꝫ In vna em̃ ciuitate duas ci/
uitates eẽ nccãriũ. ⁊ has subcõtrarias inuicez
faciũt em̃ hos q̃dẽ municipes velut custodes:
agriculas ãt ⁊ artifices ⁊ alios ciues. Accusa/
tiões ãt ⁊ disceptatiões ⁊ q̃cũq̃ꝫ alia ciuitatibꝫ
existere inq̃t. mala oĩa exñt ⁊ his. q̃ꝫuis dicat so
crates q' nõ mlt̃is ĩdigebãt legalibꝫ ꝓpter disci
plinã. puta legibꝫ circa municipia ⁊ circa foꝝ ⁊
alijs talibꝫ attribuẽs solũ disciplinã municipi/
bꝰ. Ad hec ãt dños facit reꝝ possessaꝝ agrico
las oblatõez ferẽtes Sꝫ multo magna verisil'e
est graues eẽ ⁊ astutijs plenis: quã a q̃busdã ob
sequia ⁊ humiliatões ⁊ ꝓuitutes Sꝫ siue nccã
riũ h̃ simpl'r siue nõ nũc nihil determĩatũ est. et
de habitis q̃ hoꝝ policia ⁊ disciplĩa ⁊ leges q̃/
les. Est ãt neq̃ꝫ ĩuenire facile. neq̃ꝫ differẽs mo
dicũ q̃les ⁊ q̃sdã eẽ. hos ad saluãdũ municipũ
cõitatẽ. Atuero si vxores q̃dẽ faciet cões pos/
sessiões aut ꝓprias q̃s dispensabat. Quãuis si
cões possessiões ⁊ agricolaꝝ vxores. quẽadmo
dũ q̃ in agris ipsaꝝ viri. Incõueniẽs ãt ⁊ ex be
stijs fieri parabolã. qꝛ oꝑtꝫ eadẽ tractare mulie
res viros. q̃bꝫ economice nihil attinet Insecu
rũ ãt ⁊ ꝑncipes q̃uo ĩstituit socrates. sꝑ em̃ facit
eosdez ꝑncipes. hoc ãt seditionis cã fit: ⁊ apud
nullã dignitatẽ possidẽtes. sꝫ aliũde vtiq̃ꝫ apđ
aĩosos viros ⁊ bellicosos. q̃ꝫ ãt nccãriũ ip̃os fa
cere eosdẽ ꝑnceps maĩfestũ. nõ eĩ q̃ñꝫ q̃dẽ alijs
quãdoq̃ꝫ aũt alijs mixtũ est animabꝫ adeo au/

rum.sed semp eisdē ait bis q̄dem mox genitis miscēri aurū.bis aūt argentū.es aūt ferrū artificib futuris ⁊ agricolis. Adhuc aūt ⁊ felicitatē auferēs a municipib totā inq̄t optere felices facere ciuitatē legislatorē. Impossibile ēt felicitatē totā nō pluribꝫ aut nō oibꝫ ptibus aut q̄busdā bñtibꝫ felicitatē Nō em̄ eoꝝ felicitas q̄tū ⁊ par boc q̄dē em̄ ꝓtingit toti inesse. ptium aūt neutri. felicitati autē impossibile Atuero si municipes nō felices q̄ alteri: non em̄ vticꝫ artifices multitudo bānausiaꝝ. Policia quidem ergo (de qua socrates dixit) has dubitatōnes habet. ⁊ bis non minores alteras.

Queritur. utrum liceat

alicui rē aliquā ꝓpriaꝫ possidere in ciuitate bene recta. Et videt q̄ nō. qz illud est illicitū qđ est ꝓtra ius naturale. sz fm ius naturale oīa sunt cōia. Dicit em̄ ysidoꝝ. v. ethimologiaꝝ. q̄ ius naturale est cōe oīm nationi. eo q̄ vbicū q̄ instinctu nature ⁊ nō ꝓsuetudine aliqua habent. vt viri et femine cōiunctio. liberoꝝ succession et educatio. cōis oīm possessio est et oīm una libertas. Videt ergo q̄ in ciuitate bene recta oēs possessiones deberāt esse cōes. quare sic nō licebit alicui ꝓpriam rē possidere Preterea illud non est licitū in ciuitate bñ recta ex quo dissensiones ⁊ iurgia frequentissime oriunt. sed ita est q̄ in ciuitate sepe oriunt rixe ⁊ dissensiones occasione prauaꝝ possessionū. ꝓpter qđ dr ⁊ ambrosius. ⁊ habet in decreto dist. xlvij. c. sicuti. ꝓpriū inq̄t nemo dicat qđ est cōe. et loquit ibi de possessionib. q̄ dñt esse cōes. In oppositū arguit phs in textu ꝓtra socratē. q̄ cōitatē possessionū ponebat. Pro responsione

Sciendum prima

Qz (vt habet ysidorus loco allegato) acquisitio eoꝝ que celo terra mariq̄ capiunt est hominib de iure nature. ideo in ꝓposito omne illud dr possessio quo aliquis vtit ad suppletā humanā indigentiā. sicut est ius domus. cuiusmodi est bos asinus ⁊ similia. Unde talibus vulgo solet q̄s dominari diues ad virtutē ⁊ felicitatē. Et inde est q̄ phs in hoc libro veraz politicā scientiā tradere volēs disputat in hoc secūdo libro cōtra illos qui minus bene senserūt de hmōi possessionib improbās opiniones Socratis et aliorum multis rōnibus. quoniā paruus errorꝫ in ꝓncipio est maximus in fine ⁊ maxime in moralib.

Sciendū secūdo. q̄ legislatorꝫ condendo aliquaz legem respicere debet non solum ad aliqua bona que ex eo sequi vident. sed etiā ad alia bona q̄bus ciuitas ꝓ illam legē patuatur. Et ad mala que ex lege sequunt. Cuius rō est. q̄a lex poni debet ꝓpter bonū ciuitatis. ⁊ ad euitandū mala q̄ sine illa cōsurgerent. Et ideo cū quis ad aliquā legē sequātur q̄dam bona. nō tū sequtur q̄ illa ꝓpter hoc sit simplr bona. qz plura mala pñt etiā exinde cōsequi. Ex quo patz. q̄ oportet legislatorē esse prudentē ⁊ multū, puldū. et exptū ād cōiecturandū bona ⁊ mala q̄ ex lege sua seq̄ verisimilit̄ poterūt. Et qz ex lege socratis plura mala ⁊ incouenientia seq̄ poterant cū bona. iō ipsa est inciuilis. ⁊ inexpediens in hoc q̄ ponebat oēs possessiones ciuū esse cōes oīb

Sciendū tercio. q̄ res possessa exterior ꝓt dupl'r cōsiderari Uno mō quantū ad eius naturā. ⁊ sic nō subiacet humane potestati. nec vt sic possidet ab hoīe. sed subdit diuine potestati. cui oīa ad nutū obediunt. Alio mō quantuz ad vsum ipius rei. ⁊ sic hō habet naturale dominiuz oīm rez exterioꝝ. qz p. rōem ⁊ voluntatē ꝓt vti rebus exterioribus ad suā vtilitatem. quasi ꝓpter se factis vt habituz est in ꝓmo libro. Ūñ res esse cōes (vt ait phūs) ꝓt tripl'r intelligi. Uā in rebus possessis deseruientib ad victū hoīs est duo ꝓsiderare. scz res fructiferas vt agros vineas arbores ⁊ silua. Est etiā ꝓsiderare fructū. q̄ oritur ex talibus vt frumentū vinū poma pira. ⁊ sic de alijs. Ūñ si sit ꝓmuitas ciuū cica talia vel erūt cōes res fructifere. et diuidēt fructus appropriando vnicuiq̄ ptem fructuū. Uel possessiones erunt ꝓpie ⁊ redigent in cōe fructus. sicut antiq̄tus apud quasdā nationes fiebat. Uel vtrūq̄ erit cōe qz res fructifere cū fructus. sicut socrates statuit. Dicebat em̄. q̄ si nihil esset ꝓpriū in ciuitate nec possessiones nec fruct⁹ nec filij nec vxores q̄ nulla dissentio oriretur in ciuitate. Uidetur aūt hec ordinatio socratis (vt phūs ait) beneficienti. qz superficieremus ꝓsiderata videt esse valde expediens ciuitati. Cum em̄ q̄s audit ciuitatē sic ordinatā esse. vbi est tanta cōitas ciuū reputat eam esse felicē. ⁊ estimat ciues sein uicē diligere maxime ⁊ absq̄ litigio viuere. inter quos tanta cōitas obseruat. Sed qz in actib ꝓticularib circa q̄s ē intentio moralis oportet ad experientiā recurrere. vt experti sumus q̄ habētes aliqua cōia multo plura habent inter se litigia q̄ si q̄libet ꝓpria possideret. sicut phūs dat exēpluz de peregrinis. q̄ sepe p. modicō (qđ cōe hñt) vt puta ꝓ symbolo aut p. aliq̄ dono multa faciūt inter se litigia. Ideo multis rōnibus phūs impugnat hūc modū ciuitatis. sz q̄ possessiōes sz cōes. ⁊ quantū ad rē ⁊ quantū ad vsum

Conclusio prima

Necessariū est in hūana vita q̄ hō ꝓpria possideat. nō q̄dē necessitate absoluta. sz necessitate finis Pz 2c'o ex trib. ꝓmo qz sollicitus est vnusq̄sq̄z magis ad pcurādū illud qđ sibi soli ꝓpetit q̄ illud qđ est multoꝝ cōe. qz vnusq̄sq̄z fugiens laborez alteri relinq̄t id qđ ptinet ad cōe. sicut accidit in multitudie mīstroꝝ. Uidem⁹ em̄ multitudinē fuien⁹ tiū deteri⁹ fuire pauciorib. Iō dr. p. in textu. q̄ maxia cura fortit qđ plurimoꝝ est cōe. Pz ex alio. qz ordinati⁹ res hūane tractant si singulis iminet ꝓpria cura alicui⁹ rei. pcurāde. essz em̄ cōfusio si q̄libet indistincte rē quālibet pcuraret Tercio hoc idē pz. qz magis pacifice status hoīs obseruat dū vnusquisq̄z re sua est ꝓtentus. Ūñ videmus etiaz q̄ fratres vterini ꝓpter hereditatē quā cōem habēt multiplic̄iter inter se iurgia habeant causa hereditatis

Ocō'o sc̄da. expedit possessiōes q̄ ad vsuz eē cōes. vt scz vn⁹ hō alteri q̄ntū ad h̄ de facili cōicet. Pz. qz in policia bñ recta optz ciues eē ꝓtuosos. ⁊ maxie optet eos hūe illas ꝓtutes q̄ ordinant q̄dammō ad alteꝝ. sicut iusticia vt amicicia. liberalitas. beneficentia. quoꝝ actus sz cōicare id qđ est vnius ꝓpriū alteri q̄ntū ad vsum Expedit ergo hoc mō possessiones esse cōmunes. scz quantū ad vsuz. vt homo liberalis maxime delectatur in ꝓmunicatione suoꝝ bo

noꝝ. quod non esset nisi haberet aliq̃d ꝓpriũ. z nisi vsus suaꝝ rerꝝ ꝓpriarum alijs cõmunicaret. Ex quo patꝫ. q̃ ex ista cõmunicatõe possessionũ oĩa bona veniũt que inter debat socrates in sua lege. qua ponebat totalẽ cõmunicationẽ tam rerꝝ q̃ꝫ vsus eaꝝ. z adhuc plura. z omnia talia q̃ eueniũt stante lege socratis. vt puta rixe dissentiones z sĩ milia ꝓhoc euitarẽ q̃ videt esse expediẽs vsib⁹ rerꝝ ꝑm inclinationẽ libertatis cõis. dominio rerꝝ singulis exñte ꝓpꝫ prio Ex quo pꝫ. q̃ cõicatio ista vsus rerꝝ non solũ intelligit quantũ ad casum necessitatis. sed etiã quantũ ad ꝓgruita tẽ. Vñ imaginandũ est q̃ ꝙliter hõ est dispẽsator bonoꝝ hui⁹ mũdi sub ꝓmo rerꝝ ꝓncipe. z iõ si nõ dispensat ea cõia vbi et q̃n z q̃bus oportet peccat z male agit. Et ideo apl's ꝓma ad Thimo. vltimo dr. Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̃cipe facile tribuere z cõicare. Et est aduertendũ. q̃ sicut ex dictꝫ apparere p̃t. aliq̃d esse meũ vel tuum potest dupl'r intelligi Primo q̃ vsus z possessionis ꝓprietatẽ. z sic ex hoc q̃ hoc p̃t esse meũ vel tuũ multa mala ꝙsequunt. z ob hoc dr Seneca libro de moribꝫ. Cõuenientissimã vitã agerent homines in terra. si hec duo ꝓnomina meũ z tuũ tollerent a natura rerꝝ. i. si nõ essent. Secõdo mõ aliq̃d p̃t dici meũ vl tuũ ꝓpter ꝓprietatẽ possessionis tm̃. z hoc mõ meũ z tuũ nõ impediũt rerꝝ cõitatẽ ex affectõe charitatis z ĩclinatõe libertatis z amicicie. q̃bus fit inter hoĩes cõicatio possessionũ. vt dcm̃ est. Ex q̃ ꝓbabiliter inferri p̃t. q̃ etiã in statu ꝓmo nature q̃ a theologis vocat status innocẽtie expediẽs fuisset aliq̃s possessiones ꝓprietarie possidere z vsum fuisse cõem Pꝫ. qꝫ in illo statu oĩa fuissent ordinata. cuius aũt ex cõicatõe tã possessionũ q̃ꝫ vsuũ nõ fuissent in illo statu iurgia et dissentões. tũ fuisset maior ordo z maior pulchritudo z honestas in reb⁹. vt videt si res fuissent ptite z diuise singulis z vsus cõis fuisset Jõ determiatio pḣi videt esse vera et multũ expediẽs ciuib⁹. Vñ etiã recitat pḣs apud Lacedemonẽ ciuitatẽ q̃ legib⁹ ligurgi regebat tãta erat liberalitas. q̃ꝫ ꝙliber haberet ꝓpria bona q̃ntũ ad dominiũ. tũ ꝓpter libertatẽ quantũ ad vsum erant cõia. Vñ erant ciuib⁹ cõmunes serui z equi z canes. ꝙliber em̃ ciuiũ cum indigebat absq̃ vlla requisitione vtebatur alterius canibus fuis et equis. Et sic patet responsio ad quesitum

Ad rõnes ante oppositũ

Ad ꝓmã auctoritatẽ ysidori dr q̃ cõitas rerꝝ attribuit iuri naturali. nõ qꝫ ius naturale dictat oĩa eẽ possidẽda cõiter. z nihil possidendũ q̃si ꝓpriũ. sꝫ qꝫ ꝑm ius naturale nõ ẽ distinctio possessionũ. sꝫ magis ꝑm humanũ edictũ. qõ pertinet ad ius positiuũ. Vñ ꝓprietas possessionũ nõ est ius naturale. sꝫ iuri naturali supadditꝫ ꝑm legẽ humanã. z iõ cõticipatio possessionũ imediate videt ꝓtinere ad ius positiuuꝫ

Secõa rõ soluta est ex dictis. qꝫ plures rixe orirent' si lex socratis teneret q̃ꝫ ecõtra. Ad auctoritatẽ Ambrosij dr. q̃ ipsa intelligit de cõmunitate vsus z non rei possesse

Ece aũt similiter z que circa leges habẽt se posterius scriptas. ꝓpter q̃d de ea q̃ hic de policia ꝙsiderare modica. Melius etem̃ in policia de paucis oĩno determinauit socrates De viroꝝ z pueroꝝ cõione qũo habere oportet. et de possessione. z policie ordine. Diuidit aũt in duas ptes multitudo habitantiũ. hec q̃dem in agricolas. hec aũt in ptẽ que ad bellum. De agricolis aũt z artificib⁹ vtrũ nullo aut aliq̃ꝫ participant ꝓncipatu. z vtrũ arma oportet possidere etiã hos ꝓpugnare aut nõ. de his nihil determiauit socrates. Sz vꝝ q̃dẽ existimat oportere sil'bellare. z disciplina pticipare eadẽ municipib⁹: alia aũt exterioꝝ repleuit ꝑmonib⁹ Et de disciplina q̃lẽ q̃ndã oportet fieri municipibus. Legũ aũt plurima q̃dem ps legis existũt entes puta aut de policia dixit. z hãc volẽs cõmunionẽ facere ciuitatib⁹ ꝑm modicũ circũducit. Jteꝝ ad alterã policiã ꝑter mulierũ cõionẽ et possessiõis. alia eadẽ tradit ambab⁹ policijs Et em̃ disciplinã eandẽ z ab opib⁹ necessarijs abstinẽtes viuere z de ꝙiuijs sil'r. Verũtamẽ in hac inq̃t oportere eẽ ꝙiuia mulieꝝ. z hãc mille arma possidentiũ. hanc aũt q̃nqꝫ miliũ Superfluũ q̃dez hñt q̃ socratis ꝑmones z leuez nouũ z q̃stionib⁹ plenũ. bñ aũt omia differre forte difficile Q̃m z nũc dictã multitudinẽ oportet nõ latere. quia regione babilonica vel aliqua insignita opus erit tot multitudine. ex qua ociosi q̃nqꝫ milia mitterentur. Et preter hos mulierum et famulaꝝ alia turba multo maior. Oportet q̃ dez hoc supponi ad votum nihil tamẽ impossibile. Dicit tñ q̃ oportet legislatorẽ ad duo respicientem ponere leges ad regionem z homines Adhuc autem se b ene habet apponere et ad vicinorum loca. Primũ quidem si oportet ciuitatem viuere vitam politicam z non monasticaꝫ Non em̃ solum necessarium est ipsam talibus vti ad bellum armis. que vtilia ꝑm ꝓpriam regionem sunt. sed ad exteriora loca. Si quis ãt talẽ non acceptat vitã neq̃ ꝓpriam neq̃ ꝓmunẽ ciuitatis. tamẽ minus nihil optet terribiles esse inimicis. nõ solũ venientib⁹ in regionẽ. sed et discedẽtib⁹ Et multitudinẽ ãt possessiõis vi

dere oꝑtet. ne forte melius altero mō determi/
nēt plane magis. tantā em̄ inquit esse oꝑtere vt
viuāt tēperate. Quēadmodū si q̄s dicat vt vi/
uāt bñ. hoc em̄ ē vle magis Adhuc āt est tpate
q̄dem. misere aūt viuere. Sed melior determi
natio tēperate ⁊ liberaliter. Sepatim em̄ vtrū
q. hoc q̄dem deliciari asseqūtur. hoc aūt labo/
riose viuere. qm̄ soli hi habit⁹ virtutes sunt cir
ca habitudinē substātie. puta substātia manſue
te aut fortiter vti nō est tpate aut ⁊ liberaliter est
ꝝre ⁊ vsus bos necessaria esse circa ipam. In
cōueniēs aūt ⁊ possessiōes adequātē circa mul
titudinē ciuiū nō ꝓstituere. sed sinere puerorū
ꝓcreationē infinitā. Tanq̄ sufficiēter itaq̄ m̄/
dentē ad eandē multitudinē ꝓpter sterilitates
quātiscūq̄ generatis. q̄ videt hoc etiā nūc ac/
cidere circa ciuitates. oꝑtet āt hoc nō silr certe
habere circa ciuitates. tūc ⁊ nūc. Nūc q̄dē em̄
null⁹ dubitat eo q̄ ptite sunt substātie ad q̄ntā
cūq̄ multitudinē: tūc aūt indiuisis exīntib⁹ ne
cesse deiectos nihil habere. siue pauciores sint
ſm multitudinē siue plures. Magis aūt suspi
cabit q̄s vtiq̄ oꝑtere determiatā esse puerorū
ꝓcreationē q̄z substantiā. vt nō nūero q̄dā plu
res generāt. Hāc aūt multitudinē ponere aspi
cientē ad fortunas si accidat mori quosdā gene
ratorū ⁊ ad aliorū sterilitatē. sinere aūt quēadmo
dū in alīs ciuitatib⁹ pauptatis necessariā fieri
cām ciuib⁹. penuria aūt seditionē facit et malig
nitatē. Prebidon igit q̄dē thorinthius exīs le
gislator antiq̄ domus eq̄les opinat⁹ est opte
re ꝑmanere ⁊ multitudinē ciuiū. ⁊ si ꝑmo ineq̄
les habuisset sortes oēs q̄z magnitudinē In le
gib⁹ āt his ꝓtrariū ē. Sz de his q̄dē quō vtiq̄
estimam⁹ melius habere dōm posterius Dere
lictū āt est legib⁹ his ⁊ q̄ circa ꝓncipes quō erūt
differētes a subiectis. ait em̄ oꝑtere quēadmo
dū ex altero lane filatum fit. q̄z lini. Sic ⁊ ꝓnci
pes oꝑtet habere ad subiectos. Qm̄ aūt omnē
substantiā sinit fieri maiorē vsq̄ ad q̄ntuplum.
ꝓpter q̄d hoc nō vtiq̄ erit in terra vsq̄ aliquid
Et domicilior āt diuisionē oꝑtet ꝓsiderare ne
forte nō expediat ad economiā. Duo em̄ domi
lia cuilibet distribuebat diuidēs seorsuz. diffi/
cile āt dom⁹ duas habitare Coordinatō āt to
ta vult q̄dē eē ī democracia neq̄ oligarchia
media āt hax quā vocāt policiā ex vtētib⁹ em̄
armis est. Si q̄dē g̃ vt cōissimā hāc ꝓstituit ci
uitatib⁹ aliax policiax bñ dixit forte. Si āt vt
optimā p⁹pmā policiā ñ bñ. forsitā eā q̄ lacede
moniox aliq̄s vtiq̄ laudabit magis. vl etiā ali
quā aliā magis aristocraticā. Quidā em̄ g̃ di/
cunt q̄ oꝑtet optimā policiā ex oīb⁹ ciuitati/
bus esse mixtam. ꝓpter quod ⁊ lacedemonioz
laudant. esse em̄ ipsam. hi q̄dez ex oligarchia
et monarchia ⁊ democracia aūt dicētes regū
q̄dem monarchiā. senioz autem principatum
oligarchiaz. Democratice autē ꝓncipari ſm
plebeoz principatū. ꝓpter quod ex populo esse
eforos. Alij autem eforiam q̄dem esse tyranni/
dem. Democratice aūt principari ſm cōuiuia
et aliam vitam quotidianā. In legibus autem
his dictum est q̄ optimū cōponi optimā poli/
ciam ex democracia ⁊ tyrannide. quas autem
omnino non vtiq̄ aliquis ponet policias. aut
pessimas oīmbus. Melius ergo dicunt qui q̄
dē plures cōmiscent. Ex plurib⁹ em̄ cōposita
policia melior. Deinde neq̄ habens videt mo
narchicū nihil: sed oligarchia ⁊ democracia
magis. magis autez declinare vult ad oligar
chiam. palam autem ex principantium institu
tione. Quod q̄dem em̄ ex electis sortiales com
mune est amboz quod autem habundantior
bus necessariū sit ꝓuocare ⁊ ferre ꝓncipes. aut
facere aliq̄d aliud politicoz. bos aūt dimittere
hoc oligarticū ⁊ tēptare plures ex habūdan

tibus esse ꝓncipes. ⁊ maximos ex maximis honorabilitatiby. Oblicharcicaz aũt facit ⁊ cõsilij electionẽ. Eligũt q̃dem eñ oẽs necessario. sed ex prima honorabilitate. deinde rursum eẽles ex secũda. deinde ex tercijs. verũtamẽ nõ omnibus necessariũ erat bis q̃ tercijs aut q̃rtis Ex quarto aũt quartoꝝ necessariũ solis ꝓmis ⁊ secundis. deinde ex bis ex q̃libet honorabilitate ait optere ostẽdere equalẽ numerũ: Errãt autez plures qui ex maximis honorabilitatiby ⁊ meliozes ꝓpter quosdã populariũ non eligere. q̃ non necessariũ. Qñ q̃dem ergo ex domocracia ⁊ monarchia optet ꝓstare talem policiã. ex bis manifestũ: ⁊ ex posterioriby dicẽdis cũ inciderit de tali policia cõsideratio. Habet autẽ ⁊ circa electionẽ principũ. scz q̃ ex electis eligibiles periculosuz. Si eñ aliq̃ instituí velint ⁊ mediocres multitudine semp ad hoꝛum eligũtur voluntatẽ: Quare quidem ergo circa policiam que in legibus hunc habent modum.

Queritur. Vtrum mulieres debeant in ciuitate bñ recta instrui ⁊ exerceri ad opera bellica.

Et videt q̃ sic ꝓ motiuũ socratis. nã in alijs spẽbus animaliũ femelle ordinant ad pugnã. ita q̃ sepe cruciatoꝛes masculis existimant. sicut pz in auibꝫ ꝑdam capere volentiby. ḡ sic videt in humana spẽ esse faciendũ. Preterea mulieres pñt impediri et iniuriari ab assecutione rei ꝺcupite ⁊ dilecte. sed ꝓ virtutẽ irascibilẽ (que etiã eũ in mulieribꝫ) naturaliter inclinat ad remouendũ talia impedimẽta. qõ fit ꝓ bellũ ⁊ ꝓ pugnã. ḡ in ciuitate mulieres sñt instruende ad bellũ ⁊ ad pugnã sicut ⁊ viri In oppositum arguit. q̃ mulieres naturalit inclinãt ad aliquos actus q̃ secũ nõ patiunt iurgia ⁊ bella scz ad baiulanduz pueros in vẽtre cõceptos. ⁊ ad educandũ eos natos. ḡ nõ debent instrui in illos actus bellicosos in quos viri instruuntur. Consequẽtia tenet ex hoc qõ habitũ est in primo capitulo textus. Natura non facit aliquid tale vt delphicuz gladium. qui ordinatur ad distincta officia

Sciendum primo

Q̃ socrates ⁊ plato discipulus ei⁹ determinãdo de policijs q̃nq̃ ꝓncipales articulos videnť tetigisse circa ciuitatẽ ⁊ ciuile regimẽ. Primũ est. q̃ dixerũt ciuitatez debere ee maxime vnã. qõ io opinati sunt. q̃ ꝙ multitudo ab vnitate ꝓcedit. ⁊ io vnitas videt esse potior multitudine. vñ q̃ deus est maxie vnus inde arguit q̃ ipe est maxie bon⁹. Videt ḡ socrati q̃ ciuitas est maxie bona si sit maxie vna Hoc aũt improbatũ est ex hoc q̃ si ciuitas esset maxime vna desineret esse ciuitas. eo q̃ ciuitas req̃rit diuersitatem hoim. q̃daz sunt fabri. alij sartoꝛes. alij fullones. alij calcifices. ⁊ sic de multis alijs q̃ req̃runť in ciuitate Scõm est qõ dixerũt siue ꝓstituerũt dicti ꝓphi ciuitatẽ. scz q̃ ciuibus oĩa essent cõta ⁊ vxoꝛes ⁊ filios ⁊ generaliter oẽs possessiones. ⁊ h̃ est añ multiplr improbatũ. Terciũ qõ dixerunt ꝓphi est q̃ mulieres essent instruẽde ad opa bellica ⁊ bellare sicut ⁊ viri. ⁊ mouebanť ex motiuo tacto ante oppositum Quartũ qõ dixerũt est q̃ volebãt eosdẽ sp ꝓncipari et eẽ in magistratu. vt q̃ semel essent scabini sp remaneret scabini. q̃ semel essent ꝓfecti sp essent ꝓfecti ciuitatis. ꝛcijs ꝓncipatiby ⁊ politijs. Et mouebanť ex hoc sñiter qõ ꝙuabat circa mineras terre. videmus eñ aliq̃s ptes terre in q̃bꝫ est vena auri semp ibi esse talẽ venã auri. ⁊ in q̃bꝫ est vena argẽti sp est ibi eẽ argẽtũ. ꝛcijs. Sic ḡ natura agit q̃ venã auri nõ cõuertit in venã argenti. nec ecõtra. Et ꝓncipates in ciuitate sunt inter alios hoies. sicut aurũ inter alia metalla. ḡ ciuitas bñ regiť si in hoc imitetur natura. sic q̃ nõ mutet ꝓncipans in subiectũ. sicut nec mutat aurũ in argẽtum vel ferrũ. Quintũ qõ ꝓphi senserũt circa ciuitatẽ est q̃ dixerũt quãlibet ciuitatẽ esse diuidendã in q̃nq̃ ptes. scilz in agriculas. artifices. bellatoꝛes. ꝓsiliatoꝛes. et ꝓncipem. Dicebãt aũt agricolas necessarios esse ad cõstitutionẽ ciuitatis ꝓpter ea que req̃runť ad victũ. Artifices ꝓpter instrumẽta domus ⁊ alia que req̃runtur ad vitã. Bellatoꝛes aũt ꝓpter defensionẽ ciuitatis. Dicebãt ãt ciuitatez sibñ ordinata erit ad minus debere habere mille bellatoꝛes et ad plus q̃nq̃ milia. Princeps vero ⁊ ꝓsiliatoꝝ necessariꝰ erãt in ciuitate ad dirigendũ ciues vt virtuose dirigent et debite obseruarẽt leges. Tangebãt etiã aliq̃ minus ꝓncipalia. que phs adducit in textu. io illa breuitatis cã relinquo Duoby ꝓmis reprobatis supest de triby alijs. quoꝝ primũ est de mulieribꝫ an sint instruende circa actus bellicosos. ideo respondendo ad quesitum sit

Conclusio prima

Principis ãt (cui⁹ ẽ ciuitatẽ disponere) nõ ẽ instruere mulieres ad opa bellicosa. Pz ꝛcio ex triby q̃ req̃runť ad bellũ Hoies eñ bellatoꝛes decet ⁊ expedit eẽ ornatos ⁊ prudentes mẽte animosos ⁊ viriles corde. robustos ac firmos corpe Cautela q̃dẽ ⁊ prudẽtia in bello ẽ necẽsaria. Nã aliq̃n experti sum⁹ q̃ ꝓpter cautelas pauci bellatoꝛes cauti ⁊ sagaces superauerũt multos nõ fortitudie sz prudẽtia. Mulieres ḡ qz hñt ꝓsiliũ iualidũ nec sñt ita prudẽ sicut viri io sñt inepte ad opa bellica. oꝛ eñ ꝓsiderare finẽ belli ⁊ ordiare media q̃bus ẽ attigend⁹. ⁊ io cautez sagacit se dñt hẽre hoies in bello. qz fm vegetiũ de re militari. ⁊ si aliq̃ male acta recuperari pñt. casus tñ belloꝝ irremediabiles sñt. Ex ipa ḡ idustria q̃ req̃riť in bellis arguere possum⁹ q̃ mulieres nõ sñt instruende circa opa bellica ꝛc. Scdo h̃ ꝓbari pt ex virilitate et aiositate q̃ req̃riť in bellantiby. Cũ eñ vltimũ terribiliũ est moꝛs (vt habet. iij. ethicoꝝ) opa bellica req̃rũt hoiem impauidũ. eo q̃ ad actus bellicosos sepe moꝛs seq̃t. cũ ḡ mulieres sepe sñt pauide. qz sñt fragilis ⁊ fluide nature. seq̃tur q̃ ad opa bellicosa sunt inualide vt in plurimũ. Et eadez rõne siue radice pt sumi argumentũ ex pte fortitudis coꝛporalis. Nã cũ bellãtes debeãt diu sustinere graue dinem armoꝝ et alios fortiter incutere expedit bellantes habere fortes humeros ⁊ fortia brachia ad ꝑdicta faciendꝫ. cum ergo mulieres deficiũt ab ista fortitudine. eo q̃ habẽt carnes molles. seq̃tur q̃ ad opera bellica non sunt ordinãde

Conclusio secda. loquēdo de ꝓncipatu politico ⁊ nō regali in ciuitate bñ recta nō dñt esse sꝑ idez ꝓncipantes seu magistratus. Pz nā multa mala ⁊ multas iniusticias cō mitterēt rectores ciuitatis si scirēt se esse ꝑpetuo tales. a q̄ bus abstinerēt si scirent se ab hmōi remouendi. Mutatio em̄ talīū ꝓncipatuū in ciuitate videt esse ad statū pacifi. cū et q̄etem ciuū. Nā si spectis alijs ciuib⁹ sꝑ idem ꝑpositi in suis ꝑpositurīs. ⁊ magistratus in suis magistratib⁹ manē rent. alij ciues videtes se esse despectos citius ad seditiōez cō mouerent ⁊ ciuitatē turbarēt. Et hoc est qđ tangit ꝓs ꝓtra socratē cū ait q̄ socrates facit eos dē sꝑ ꝓncipare qđ est cā seditōis illis q̄ nullā dignitatez possident. videtes em̄ se nullā dignitatē possidere si cōtingat ipsos esse viriles et animosos seditōnes mouere conant. vt sic ad dignitates deuenire ualeant. Ex quo ꝓz quartū ꝓncipale(quod dicebat socrates)non esse in ciuitate expediens.

poris differētiā hi maxime terribiles et indigēt custodia ampliori q̄cunq; nō eligūt acq̄rere viuere cuz eā perimerint. ꝓpter qd̄ maxime oꝑtet vereri putātes iniuriā pati aut ip̄os aut eos q̄rū curātes existūt. Nō parcūt em̄ sibijp̄is qui ꝓpter furorē inuadūt. sicut ⁊ eraclitus dixit dicens difficile esse cū furore pugnare. aīe em̄ p̄ciū fieri. Qm̄ aūt ciuitates ex duabꝫ ꝑtibꝫ ꝯstitute sunt ex egenis honoribꝫ et opulētis Maxime aūt vtrosq; oꝑtet existimare saluari propter principatū ⁊ alios ab alijs iniustum pati nihil Quicūq; aūt fuerint valētiores hos ꝓprios facere maxime p̄ncipatus. Qd̄ si hoc extiterit rebus neq; seruoꝝ liberatōem neq; facere tyrannū neq; armoꝝ oblationē Sufficiēs em̄ altera opposita ad potentiā vt valētiores sint insurgentibꝫ. Suꝑfluū aūt dicere ꝑ singula taliū. intentio em̄ manifestata qꝛ oꝑtet nō tyrānicū sed economū ⁊ regalē videri eē subditis. ⁊ non suimet curantē. sꝫ ꝓcuratorē ⁊ mediocres vite ꝓsequi nō excellētias. Adhuc autē insignes q̄dem afferri q̄dē multos demagogisare. Ex his em̄ neccāriū nō solū p̄ncipatū eē pulcriorē ⁊ magis zelabilē q̄ꝫ ꝙ meliores p̄ncipent̄ ⁊ nō humiles neq; odio habitū ⁊ timori ꝑseuerare. sed ⁊ p̄ncipatū esse durabiliorē. Adhuc aūt ip̄m disponere ꝑm morē vel bn̄ ad virtutē vel semibonuz exn̄tē. ⁊ nō malignū sed semimalignū. Eq̄dem oībꝫ policijs paucioris tp̄is sunt oblicharchia et tyrānis Plurimo em̄ tp̄e fuit q̄ circa sikionē tyrānus q̄ orthagori pueroꝝ ⁊ ip̄ius orthagori: ꝑmāsit em̄ ip̄a annis centū Huius aut cā qꝛ subditis vtebant̄ moderate et in multis legibꝫ ꝑuiebāt. Et qꝛ bellicosus fuit clistenes non fuit facile ꝯtēptibilis ⁊ q̄ntū ad multa curis demagogisabāt. Dicit̄ ḡ clistenes rn̄dentē de victoria ip̄m qūo coronauit: Quidā em̄ aiūt eē imaginē eius (q̄ iudicauit) sic statuā q̄ in foro sedet Aiunt aūt in pisistratū aliqn̄ sustinuisse sententiā cū esset vocatꝰ ad ariopagū. Scd̄a aūt circa corinthū q̄ kipselidoꝝ Etem̄ hoc ꝑseuerauit annis septuagīta tribꝫ ⁊ mēsibꝫ sex. kipselus q̄dē em̄ tyrānisauit annis trigīta. periādrus aūt q̄draginta q̄ttuor. psalmiticꝰ aūt q̄ gordie annis tribꝫ. Cāe aūt eedē ⁊ huiꝰ. kipselus em̄ q̄dē demagogus erat ⁊ a p̄ncipio ꝑmāsit sine armorū custodia. Periādrus aūt fuit q̄dē tyrānicus sed bellicosus. Tercia aūt q̄ pisistracidoꝝ athenis nō fuit autē ꝯtinua. bis em̄ fuit pisistratus tyrānisans ita vt ⁊ in annis trigīta tribꝫ. decē ⁊ septē annis. hoꝝ tyrānisauit Pueri aūt decē ⁊ octo. q̄re oēs āni fuerūt trigīta ⁊ q̄nq; Reliquarū āt q̄ circa geronē ⁊ gelonē circa syracusā Nō aūt ꝑmāsit ip̄a multis annis. sꝫ oēs duobꝫ deficiētibꝫ de viginti. Gelon em̄ q̄dē septē ānis tyrānisauit. octauo vitā finiuit. Decē āt ierō thrasibulus āt vndecīo mēse excidit. Multe āt tyrādes pauci tp̄is fuerūt oēs penitꝰ. Que q̄dem ḡ circa policias ⁊ q̄ circa monarchias ex q̄bꝫ corrumpunt̄ ⁊ iteꝝ saluant̄ fere dcm̄ est de oībus.

In policia āt d̄r q̄dē de trāsmutatōibꝫ a socrate. nō tn̄ d̄r bn̄ Optīe em̄ policie ⁊ prime exn̄tis nō d̄t trāsmutatōes ꝓprie: ait em̄ cāz eē id qd̄ ē nō manere aliq̄d. sꝫ in aliquo periado trāsmutari p̄ncipiū eē hoꝝ quoꝝ epitricus fundus q̄nario ꝯiugatꝰ duas armonias exhibet. dicēs qn̄ nūerus diagrāmatis huiꝰ solidꝰ fuerit tanq̄ꝫ natura q̄dā ꝓducente prauas ⁊ meliores disciplīa hoc ip̄m dicēs forte nō male. Cōtingit em̄ eē aliq̄s q̄s disciplinari ⁊ fieri studiosos viros impossibile est. Sed hec q̄dez vtiq; erit p̄pria trāsmutatio eiꝰ q̄ ab illo d̄r optīa policia magꝭ q̄ꝫ aliaꝝ oīm ⁊ eoꝝ q̄ fiūt oīm ⁊ ꝑ tp̄s ꝓpter qd̄ d̄t oīa trāsmutari et qūo nō sil' inceperunt fieri simul trāsmutant̄. velut si die p̄ori an̄ tropicū facta fuerint simul transmutant̄. Ad-

huc aũt ꝓpter quã cãm ex hac in eam q̃ lacedemonioꝝ sit trãsmutatio. Sepius em̃ in cõtrariã trãsmutant oẽs policie quã in eam q̃ ꝓpe. Eadẽ aũt rõ z de alijs trãsmutationibꝫ z lacedemoniẽsi ait trãsmutat in oligarchiam. ex hac aũt in democraciã. in tyrannidẽ aũt ex democracia. z ꝙdem etiã ecõtrario trãsmutantur puta ex demo in oligarchiaꝫ. et magis ꝯ in monarchiã. Adhuc aũt tyrãnidis non ꝺt neꝯ si erit trãsmutatio. neꝯ si nõ erit ꝓpter quã cãm et inequalẽ policiã: huius aũt cã quia nõ facile vtiꝯ haberet dicere Indeterminatũ em̃ q̃m z fm illũ optet z in primã z optimaꝫ. Sic em̃ vtiꝯ fieret ꝓtinuũ z circulus. sed trãsmutatur z in tyrannidẽ tyrãnis. sicut q̃ sikionis ex ea q̃ mironis in eã que Elisthenis. z in oligarchia. sicut q̃ in calcide. q̃ anticleontis. z in democraciaꝫ. sicut q̃ karilan in lacedemonia. et in tharchidone. z in tyrannidẽ trãsmutatio fit ex oligarchia sicut in sicilia fere plurime antiquatũ Jn leontinis in tyrannidez panetij. et in gelanẽ que kleandri z in regio in eam q̃ anezelai. et in alijs ciuitatibꝫ multis. Silr incõueniẽs autem z putare in oligarchiã ꝓpter hoc trãsmutari. qz amatores pecuniaruꝫ z pecuniosi qõ in principatibꝫ. si nõ qz (q̃ multũ excedũt in substãtijs) nõ iustũ putãt equalẽ ꝓticipare per ciuitatem eos q̃ nihil possidẽt cũ bis q̃ possident Jn multisꝯ oligarchijs nõ licet pecuniosuꝫ fieri. sed leges sunt ꝓhibẽtes Jn charchedone autem democratisantes pecuniosi fiũt z sic transmutate fuerũt Jncõueniẽs est em̃ dicere duas ciuitates esse eã q̃ oligarchica diuitũ et pauperum. Quid em̃ hoc magis ꝯ lacedemonica passa est vel quecũꝯ alia vbi nõ oẽs possident eq̃lia. vel non oẽs siliter erant boni viri. Nullo aũt pauperioze facto ꝯ ꝓus nihil minus trãsmutant. Jn demũ ex oligarchia si fiant plures qui egeni. z ex democracia in oligarchiã si valẽtius fuerit qõ opulentuꝫ ꝯ multitudo. et hi ꝙdem nõ curẽt. hi aũt adhibebãt intellectuꝫ multisꝯ existentibꝫ ꝑ que fiũt trãsmutationes nõ ꝺt sed vnã qz ꝓdigi facti vsurarũ fiũt paupe res. vt a ꝓncipio diuitibꝫ exñtibꝫ oibus aut plurimis hoc aũt est falsum. sed qñ ꝙdem ꝓsiduꝫ ꝓdiderũt substãtias innouãt. Oñ aute aliorum nihil fit dirũ z trãsmutant nihil magis vnꝯ in demũ ꝯ in aliã policiã. Adhuc aũt z si honoribus nõ ꝓticipãt z si iniusta patiant vl iniurias seditões faciũt z transmutãt policias Et si non cõsumpserint substãtiã ꝓpter licere sibi qõcũꝯ voluerint facere cuiꝰ cãm eã q̃ valde libera esse dicitur. Pluribꝫ autem existentibus oligarchijs z democracijs tanꝯ vna existente vtraꝯ dicit transmutationes socrates

Queritur Vtrum ad de

mocracias ꝓlongari sit vtile eas moderari. Arguitur q̃ nõ. qz quãto democratici hñt maius dominiũ tanto subijci minus pñt z audent facere rebellionẽ. sed ꝑ hoc ꝓlongat ꝓncipatus. ꝯ ꝛc. Scdo sic. regnũ est maxime durationis ꝓpter suã bonitatẽ z cũ in eo subditi hñt paucuꝫ dominiũ. imo rex principaliꝫ ꝓpter suã bonitatẽ z qõ sibi placet legis hz vigorem. ꝯ ꝛc. Tercio sic. si qstio esset vera etiã expediret principẽ esse silem quasi et equalẽ subditis sed hoc est falsum. qz debet ab ipsis maxime differre ꝯ ꝛc.

Quarto sic. nã cautele tyrãnice sunt ad oppositũ. qz ipse suos subditos maxime oppimit. ꝯ saltẽ talis moderatio nõ expedit in ꝓncipe tyrãnide Quinto sic. rex est vt pater policie. ꝯ sicut ꝓncipatus nõ debẽt moderari ira nec ꝓnciparus regalis. ꝯ ꝛc. Sexto sic. necesse est esse multitudinẽ principatuũ in populo. sed expedit regẽ esse sup oẽs ergo policia regalis nõ ꝺz limitari. sed potius augeri z dilatari. et ꝑ ꝓns questio falsa. In oppositũ arguit ꝑ ꝑm qui hoc ponit exꝑsse quo ad tyrannidẽ z statim post subiungit q̃ vnus modus saluãdi siꝫis est dicto. scz moderando eã vt dcm̃ est de democracia. qm̃ monarchia est principatus in quo ꝓncipat vnicus. iuxta nois interꝑtationẽ. ꝺz em̃ a monos qõ est vnum z archos ꝓnceps. idcirco sub se cõtinet duas spẽs. scz duo genera. scz regnũ qõ est optimũ et tyrannidẽ q̃ est pessima. In hac qstione erũt tres articuli. Jn ꝓmo videbit de regno z eius ꝓlongatõne. Jn secũdo de tyrannide Jn 3o erũt dubia ad recolligendũ aliq̃ puncta que ꝑhs tangit. Quantũ ad primũ articulũ

Sciendum primo

Qꝺ in qualibet monarchia reqritur in ꝓncipe scia z cũ hoc vera virtus z simulata. Qꝺ reqrant ista duo in rege parz

qꝫ rex hꝫ tractare ⁊ ꝓcedere in arduis causis. ad has aũt multũ ꝑdest scia vt notũ est. Item ipe hꝫ tractare cum extraneis q̃ forte nõ intelligũt suũ ꝓpriũ idioma. ideo expedit eũ esse scientificũ. Nã melius ꝑt ⁊ ꝑmptius tractare cum talib⁹ si ipos intelligat ꝯ̃ si ꝑ interpositã ꝑsonam ⁊ ꝑcuratorẽ cũ eis loq̃r. Et ꝓpter hoc scripsit q̃ dam imperator romanus cuidã regi francie. q̃ rex sine litteris est velut asinus coronatus. Q̃ aũt in ipo req̃ratur ꝓdentia ꝑz. qꝫ ipe hꝫ dirigere suos subditos in finẽ politicũ ⁊ reordinare delicta. et ꝑmiare benefacta. officia distribuere. et generaliter oĩa alia negotia tractare. ista aũt nõ ꝑñt sine ꝓdentia politica tractari. vt satis ꝑz. g̃ notabile vez. Probat etiã de tyrannide. nam tyrannis est ꝑra naturã et pessima policia. g̃ maior req̃ritur scia et cautela ad manutenendã ipam in eẽ ꝯ̃ alia quã aliã. cũ magis (ꝯ̃tum est de se) in corruptionẽ declinet et in nõ esse. g̃ req̃ritur tam ꝓdentia vera ꝯ̃ ficta in rege. g̃ notabile vez. Ex quo ꝑz q̃ tunc hõ habilis est et nõ añ ad ꝑncipandũ regulariter qñ mens ipi⁹ expiat surdis inclinatoĩb⁹ ad bonũ ꝓpriũ et in ꝑiudiciũ bono cõi. Ex q̃ ꝑz. q̃ nimia carnalitas. hoc est inclinatio ad se et ad suũ genus (q̃ ꝑt ꝓcipi ex hoc q̃ ꝓponit indigniorẽ digniori) est tyrannica ⁊ multum detestanda in hoie habente officium cõmune vel publicũ.

Sciendũ scdo q̃ in ꝑncipe req̃ritur potentia sup⁹ suos subditos. vt alias dictũ est. ⁊ qꝫ q̃libet potẽtia ẽ nulla ꝓter potentiã ꝑmi ꝑncipis nature. ideo necesse est policiam regis esse limitatã seu moderatam ab ea. et qm̃ illa respicit duo. scz potentiã subditoꝝ et etiã leges policie. iõ circa ista dz moderari quo ad ꝓmũ sic q̃ sit vnoꝝ q̃ potentioꝝ et q̃libet possit punire. tñ dz eẽ min⁹ potes cõitate. qñ si eẽt potentior tota cõitate esset timendũ q̃ forte vellet eã oppimere excessiue. et talis faciliter ꝓpocat hoiem ad malũ. Etiã ꝑncepts nõ ꝑt habere totam auctoritatẽ nec tñ dñium sicut tota cõitas. vt alias dictũ est. nec cõitas ꝑt illũ auctoritate ꝑuare vel eũ in ꝑsonam ꝑuatã trãsferre. qꝫ nõ est capax. et hoc etiam repugnat nature talis dominij. g̃ ꝓportionaliter in ꝑncipe nõ dz eẽ tanta potestas sicut in tota cõitate. Tyrann⁹ ꝓpo vult eis dñari et eẽ sup⁹ ipos. ⁊ sp vult ꝑ potentiã regere suũ ꝑncipatũ et nõ ꝑ leges. Rex ꝓpo vult oppositũ qꝫ regendo innitit legib⁹ Sz ꝓtra. qꝫ rex dñatur volũtarie ⁊ etiã lege positiua. et innitit illi tã ꝯ̃ in q̃ residet potestas policie. sicut ipe politic⁹ innitit legi nature. g̃ notabile falsum. Rñsio rex dz volũtarie dñari. nõ tñ sic q̃ possit ad volũtatẽ suã oĩa disponere. sz poti⁹ illõ volũtarie referr ad subditos q̃ volũtarie ei subijciunt ꝓpt bonitatem sui regis. vel etiã volũtarie q̃ ad illa q̃ non ꝑñt legib⁹ determinari. et h̃ intelligẽdo de voluntate recte regulata fm iudiciũ rõis. Et cũ dz lex positiua sibi innitit. dico q̃ ꝑncipalius innitit toti policie. sz si sibi innitat h̃ ẽ ꝯ̃tũ ipe est quasi executor legis nature. et ideo ꝑncipali⁹ legi nature innitit. et ergo nõ dñatur lege etiã positiua

Sciendũ tercio q̃ antiq̃tus reges ꝓferebant fm triplicem excessum. scz fm excessum in bñficijs. scz cũ aliq̃ defendebãt ciuitatẽ ab hostib⁹ vel eis fecerãt aliq̃ bona et regno digna. ꝓpt h̃ ꝺt pbus sic. cũ oẽs beneficiassent aut potẽtes essent bñficiare ciuitates. tũc honorẽ scz regalem adepti sunt. Preferebant insup ꝓpt excessum in ꝑture. ⁊ potissime in ꝑture politica. qꝫ cũ aliq̃ fuerũt virtuosi ⁊ prudẽres tanc ꝯ̃ digni sunt assumpti ad hoc officiũ. Tercio ꝓferebant fm excessum generis virtuosi. nã verisile ẽ ex melioribꝫ meliores generari. idcirco cum aliq̃ gen⁹ fuit diu in moribꝫ approbatũ tũc in ipm trãslata est hec potestas regalis sic q̃ de illo genere sp debẽt in reges assumi.

Sciendum q̃rto q̃ sicut ceteris paribꝫ ꝯ̃to nobilior nobilitas est antiquior tanto est maior. ita q̃ est circumstantia multũ faciens ad nobilitatẽ. ꝓpter q̃ dꝫ alias dictum est. q̃ filij sunt ignobiliores parentib⁹ ꝓpter recessum maiorem a ꝓncipio nobilitatis. Sic ꝓportionabiliter in regno magna ꝓfectio in regno est longa duratio nã multo nobilius est ceteris paribꝫ regnũ esse diuturnius et vnitũ in dominio tã intensiue ꝯ̃ extensiue ꝯ̃ sit econtra ꝓpter q̃ Theopompus vꝝ sue dixit q̃ haberet pudorem de hoc q̃ relinqueret regnũ suũ minoris emolimenti filijs suis ꝯ̃ a patre receperat. Dixit etiã q̃ non oportebat ita loq̃ qꝫ dimittebat diurnius. ꝑ h̃ immens q̃ diuturnitas vel duratio ꝑferenda est emolimentꝫ.

Sciendũ q̃nto. q̃ in moderãdo regnũ vel fortificãdo oportet inspicere ad mores subditoꝝ. Nã ipi possent ee tales q̃ nõ expediret ipm moderari. sz poti⁹ deberet fortificari in casu q̃ ipi essent iabiles ad hoc q̃ regulariẽ regularenẽ siue regerenẽ Nã (vt alias dictũ ẽ) nõ oportet temperare regem oẽs hoies optimo regimine. qꝫ forte nõ sunt capaces. Propt̃ qꝺ dictũ fuit ꝑus q̃ staret bonum ꝑncipẽ regere suos subditos aliqliter tyrannice id est strennue ꝯ̃tũ est ex ꝑte suoꝝ subditoꝝ. nõ tñ seqretur ex hoc eũ esse tyrannũ. imo deberet regnũ in aliã policiã mutare si alia esset nõ bona. q̃m ois ꝑncipat⁹ in plo est ꝓpter bonũ subditoꝝ. oportet ergo faciẽdo moderatiõem vel fortificatiõnem habere ꝓdentiã politicã et non habere corruptam.

Sciendũ sexto q̃ in genere monarchie triplici de cã corrumpunt̃ policie. scz ꝓpter iniusticiã. ꝓemptũ. ⁊ timorem. Propter iniusticiã puta qñ monarcha facit iniusticiã aliqb⁹ suis subditis honorabilibꝫ. seu aliqliter iniurgat in corpe ipis aut aliqb⁹ eoꝝ amicis. nã ꝓpter istã cãm aliq̃ fuerũt a subditis expulsi ab eoꝝ regimine. sicut exemplificat pb⁹ de multis in textu. Scdo. ꝓpt̃ cõemptũ corrumpunt̃ etiã. nã aliq̃ ꝑncipes ꝓpter regimẽ eoꝝ adeo ꝓemptibiles a suis subditꝫ sunt habiti vt ab eis sepe inuadunt̃ ⁊ aliqñ deponunt̃. vt exemplificat pb⁹ de q̃dã in textu q̃ vocabat̃ sardanapallus. q̃ sp erat cũ mulieribꝫ ⁊ ab eis se ꝑmittebat ꝑberari. qꝺ ꝓcipiens q̃dã de subditis suis ipm ꝓtemsit adeo q̃ ꝑsuasit alijs ipm nõ esse dignũ ꝑncipatu. ⁊ sic tandẽ depositus fuit. Exemplificat etiã pb⁹ de Dyonisio. q̃ semp erat ebrius ꝓpt̃ qꝺ ꝓemptibilis factus ẽ apud quendã (q̃ vocabat̃ Dyon) adeo vt conatus fuit eũ oĩb⁹ modis interficere Etiã aliq̃ sunt (q̃ lz habeant potentiam) illa tñ ab eis nõ est operosa. sz magis officiosa. ⁊ tales frequẽter cõtempnunt̃ a ducib⁹ bellorꝫ. vt exemplificat pb⁹ de aliqbus in textu. Et ex sili radice qñq̃ oblicharchiã corrũpi accidit. qm̃ filij diuitũ nimis delicate nutriunt̃ ⁊ sunt inoperosi et effeminati. ꝓpter qꝺ faciliter ꝓtemnunt̃ a filijs paupeꝝ. Tercio corrumpunt̃ monarchie ꝓpt timorẽ q̃ ex timore causat̃ seditio inter ꝓpin ꝓtra suos ꝓncipes et ipos nitunt̃ interficere. Et q̃ ꝑt trahi ꝑ moduz documẽti q̃ nõ est securꝫ ꝑncipib⁹ nimis timeri a suis subditꝫ. ⁊ potissime si tales subditi sint viriles. q̃ tales solent mouere seditiões ꝓtra eoꝝ ꝑncipes. In speali aũt descendendo due sunt cause corruptiõis regni. scz intrinseca ⁊ extrinseca. Extrinseca est ab extraneis inuadẽ

ebus regē et regnū q̄ tū raro corrumpunt ꝓpter istam cām q2 in regno est tanta vnio subditoꝝ ad regē ꝛ iter se vt ibi est summū ꝑsiliū ꝓpter debitā electōem finis et sic raro ꝑt ab extraneis inuadi vel destrui. Ab intrinseco aūt corrūpit regnum. scz qñ ipe rex vsurpat aliquid a suis subditis vltra q̄ decear. q2 tūc tyrānus efficit. sic aliquando cōtingit eos a subditis inuadi et destrui.

Conclusio prima

Qt respondua ad istū articulū scz q ad regnū plongari vtile est ipm moderari. Qt intelligēda ē ista ꝯclusio nisi subditoꝝ malitia obstet Patet ꝓmo ꝑ exēplū adductū de theopōpo. Scdo q2 regnū ꝑ hoc differt a tyrānide eo q ē min⁹ despoticū. Tercio nā ꝓ hoc ē rex iniustioꝝ. q2 sepe reges hñt multa ꝑ vsurpatōem q̄ expediret q eēt moderata ꝛ relaxata ꝛc. Quarto ptz ꝓ hoc. q2 ꝓncipatus est magis volūtarius. qđ multū facit ad ꝓlongatōem ipius. Per ea etiā min⁹ inuidet a subditis. et ꝓ hoc acq̄rit dominiū extensiuus. eo q plures solent ei subesse sicut ꝑz de romanis. q̄ q̄diu fecerūt relaxatiōes et moderatōes auxerūt suū dominiū. ꝛ statim cū fecerunt oppositū aliq̄ ab eis decesserūt vt narrant hystorie

Sz tūc ē difficultas. q̄re g̃ nō seruat illud documētū ex q̄ ē tante vtilitatis. Ad hoc ꝑt assignari multiplr cā Primo em dici ꝑt. q cā ē ꝓpter libidinē dominandi. q̄ rīm inualuit in q̄dā ꝓncipe q nō solū cupiuit regalibus legaliter dñari. sz oib⁹ modis suos oppꝛimere q̄rit q̄b ꝑt. Nō solū etiā nō moderari suū ꝓncipatū. sz ipm oib⁹ modis fortificare. Qt q̄libet talis ꝑt dicere. Sic volo sic iubeo sit. p rōe volūtas. ac si q̄libet vellet deificari. et in hoc decipiunt q̄si oēs ꝓncipes q hoc credētes digni ficare suū ꝓncipatū. q qđ tū fit deterioꝝ et peioꝝ. nā (ꝝm ꝑhm ꝓmo huiꝰ) ꝓncipat⁹ hois ē melioꝝ ꝓncipatu bestie. et ꝓncipat⁹ liberi ē melioꝝ ꝓncipatu serui. Alia cā ꝑt ee q̄ multū accedit ad ꝑdicta. nā ꝓncipes vt in pluribus q̄runt delectatōes ꝛ delicias. Idcirco delectant in oppꝛimendo populū exactionādo ꝛ aggrauādo ipm et ꝓ posse vsq̄ ad speciē bruto ꝝ destruēdo ita vt videantur ab alijs q̄si spē differre. Alia cā ꝑt ee ꝓpter insipientiā ꝓncipū ꝛ ꝑsiliatoꝝ suoꝝ. q̄ nō q̄runt ꝓncipatū moderare. sz quēlibet excessum nō ꝓcipientes ꝑ hoc suum ꝓncipatū corrūpi. imo toto nisu affectāt nō solū habere ꝓncipatū tyrannicū sz etiā potentatū. in q̄ scz ꝓncipis ꝝm potestatē legis peritis nō inuitendo dñat. Alia cā ꝑt ee ꝓpter insipientiā legislatoꝝ. q̄ credētes ponere leges regales posuerūt eas vt tyrānicas ignorātes dram regni et tyrannidis. qđ ē vilissimū inuolentib⁹ ponere leges regales. Isti g̃ posuerunt leges maxime tyrānicas vt qđ ꝓncipi placuit legis haberet vigoꝛē. ꝛ sic dederūt quandā potentiā ꝓncipi tyrānicā. scz supra leges ꝛ totam policiā. Uñ circa hoc ē generalis regula. q̄cūq̄ lex dat ꝓncipi potētiā talē. scz supꝛ leges ꝛ totā policiā ē tyrannica ꝛc. Etiā q̄cūq̄ interꝑtatio ꝓtra bonū cōe ē in fauoꝛē ꝓncipis vel alteri⁹ ꝓsone ꝑuate. ignorātia g̃ legislatoꝝ obuiat ne seruet hoc documentū. ipi em ignorantes finē ꝛ modū regiminis regalis ꝛ legū ipius nō solū nō volunt leges moderatiuas regni. sz ipm q̄tum ꝑt fortificāt. et leges ipius maxime ad potentatū (q̄ ē spēs pessima tyrannidis) tendūt. Qcōtingit etiā hoc fieri ꝓ adulatōem illoꝝ q̄ sic leges condūt. et interꝑtant tyrannice vt dictū ē. Et hec de ꝓmo articulo huiꝰ questionis

Quantū ergo ad secundū articulum in quo videndum est de tyrannide.

Sciendum primo.

Q̄ tyrannus ꝺr quasi fortis iuxta nois interꝑtatōem seu deriuatōem. Dicit em a tyros qđ qđ est fortis. antiq̄tus em tyrann⁹ dicebat. quisquis ꝓ fortitudine cōtra ti ꝑferebat. eā sibi subiugādo et seruiliter oppꝛimendo. qđ vtiq̄ a fortiori fieri poterat ꝓpter ciuitatum paruitatē Tyrānus etiā dicebat quisquis poterat ꝓ fortitudine ciuitatē ab oppꝛessione ꝑseruare. Nomē ergo tyrāni nō solū sonat ad malū. q̄tū est de se. Uer⁹ q2 ꝓtingit tales fortes malos fieri. qđ etiā sepe ꝓtingit ꝓpter defectū virtutis. sine qua fortitudo corꝑis potius est nociua q̄ valida. Idcirco nomē tyranni in malū versum est mutatū ꝝm q hz cōis ꝓsuetudo. ꝓpter qđ nō solū reges sz etiaz tyranni illd venenosum abhoꝛrent. plus fugientes nomen q̄ opatōnes. rōne quaꝝ merito deberet sic noīari.

Sciendū scdo. q antiq̄tus dupl⁹ fiebant tyrānides Uno qdē mō a ꝑlo ꝓtra insignes populus em odies diuites et nō potens ex se dominari voluit aliquos odientes diuites ꝑferri. q̄ postmodū nō solū supꝛ diuites sz etiā supꝛa populū enoꝛmiter tyrannizauerūt. sicut exēplificat phs in multis Et ꝓpter hoc ꝺr q antiq̄tus fiebant ex demagogis. de q̄b⁹ in p̄cedentib⁹ dictū fuit satis late. Scdo mō facte fuerunt tyrannides q̄n reges ꝓtra leges et iusticiā voluerūt oppꝛimere leges hoc est tyrannice interꝑtari et ꝓtemnere. et etiā totā policiā. eā despotice et seruiliter regendo. sicut tactū est in articulo p̄cedenti. vbi dictū fuit de coꝛruptōnib⁹ regni ꝓpter mutationem in tyrannidem.

Sciendū tercio. q sicut ꝑus dictū fuit de alijs policijs. scz q q̄nq̄ corrūpunt. q̄nq̄ ꝑ prudentiā vel ꝑ cautelas saluant aut plongant. Sic ꝓportionabilit dici ꝑt de tyrannide. imo ipa est pluribus modis coꝛruptibilis q̄ aliqua alia. Tum q2 ipa est maxime ꝓtra naturam ꝛ violenta subditis. rōne cuius ipa quantū est de se tenꝺit in nō esse. et magis oditur a subditis. et est minoris duratōis. Tum q2 ipa est maxime sodītiosa. et ab extraneis maxime inuida ꝓpter lucrū. Tum q2 in ea non est bona vnio ciuiū inter se et ad ꝓncipē q̄tū ad obseruationem ipius. sz potius appetunt dissolutōem. ꝓpter qđ ab extraneis ꝑt facilius inuadi et destrui. Cōtingit etiā ipam tyrannidē multis cautelis a coꝛruptōe ꝑseruari ꝛ plongari. Ponenda sunt ergo in genere coꝛruptiua tyrannidum et saluatiua eaꝝ. Ꝺro cuius declaratōne

Sciendū q̄rto. q duplex ꝑotest distingui tyrannis quedam est q̄ vocari ꝑotest mitis saltem apparenter. vl ꝑotest dici dissimulatiua. ꝛ ē illa in qua tyrānus facit apparenter omnia que seruare debet verus rex. adeo q inter ipm ꝛ verū regem nulla ꝑsit ꝑsona ꝑ q̄uis tyrānus intentione coꝛrupta talia faciat. q2 nihil facit nisi gratia vtilitatis ꝓpꝛie. Alia ē tyrānis q̄ ad ista se hz extreme in q̄ scz tyrānus regit ꝑ potentiā nō se fingēdo regaliꝝ regere ꝓncipatū. sz oib⁹ modis tā latenꝺ q̄ manifeste suos subditos oppꝛimēdo ꝛ leges nō ꝑuādo. sz oīno ꝑ suam voluntatē. Qt ista spēs a ꝑho vocat potētatus rōe p̄dicta. Sz circa hec ē difficultas. q̄ istaꝝ ē peioꝛ vl poꝛ tentatus vel alia q̄ minus videt ee violenta ꝛ magz voluntaria. Respondet q potētat⁹ est peioꝛ. Tum q2 minus voluntaria ē subditis. Tum q2 magis ē ꝺ naturā

Tum qz est magis violent⁹. Vlꝫ ẽ tñ. q̃ lz ꝑma spẽs tyrãnidis appareat satis bona subditis .tñ ipa ẽ multũ nociua. qz inꝑceptibiliter destruit policiã. z ꝯto inꝑceptibili⁹ ledit tanto ẽ ꝑiculosi⁹. ipa tñ ẽ maioris duratõis q̃ ꝓcẽtat⁹. vtraq; ãt ultaꝫ ꝑt coꝛrũpi ab extrinseco et intrinseco. Ab extrinseco ãt scz ab extraneis. q̃ talẽ ꝑncipantẽ odiunt. z sibi nocere volũt ꝓ inuidiã. vel aliqua alia de cã. sicut lacedemones dũ bñ politizabãt vbiq; tirannides destruebant. Vel tyrãnis q̃cq; destructa tyrannide ꝓpꝛ lucrũ. vel etiã ab aliq⁹ appetentib⁹ honorẽ et gloriã. sicut ltz aliq; viriles .cuiusmodi erat dyon. Ab intrinseco ꝯo. scz ꝓpꝛ iniusticiã ꝓtemptũ vltimorem. sicut tactũ est in alia lectõe. nã tyrann⁹ multiplr iniurgat subditis .timeꝫ etiã ab eis z odiꝫ. et ꝓꝑter vitã fatuam z ociosam faciliter ꝓtemnitur a subditis suis

Sciendũ q̃nto. q̃ sic duplex ẽ tyrãnis vt dictũ ẽ. sic ꝑportionabilit duplex ẽ mod⁹ saluãdi ipaz. Un⁹ ẽ p moderatõem ꝓportionabiliter sicut dictũ ẽ de regno. nã sicut regnũ destruit ꝑ accessum ad tyrannidẽ. sic tyrãnis saluat ꝑ accessum ad regnũ. Prim⁹ mod⁹ scz ꝑ moderationẽ approbat q̃dãmo. vel ꝑncipali⁹ ꝯuenit ꝑme tyrannidi. et ad ipm reducunt oẽs cautele q̃b tyrãn⁹ fingit se eẽ regẽ. et intẽdit q̃ nõ solũ inuolũtarie ꝑncipeꝫ sz voluntarie. Ite ãt sunt cautele multe. Prima cautela est q̃ ipe videat curare de bono cõi. et nõ expẽdere bona cõia in supfluis et inutilib⁹. sicut eẽt dare meretricib⁹ ioculatoribꝫ z extraneis. Scda cautela ẽ. q̃ ipe reddat cõputũ de bonis z expensis cõmunib⁹. qz ꝑ hoc precise videbit sicut dispensator cõitatis. nec timedũ ẽ de paupertate ipius cũ sit dñs cõitatis. et potius dz capere bona subdituꝝ anteq̃ ditent q̃ postq̃ fuerint ditati. qz tunc min⁹ irascent subditi. dz etiã esse rigorosior exeuntibus suũ dominiũ q̃ sub eo manẽtib⁹ Tercia cautela ẽ. q̃ ipe videat recipere diuitias cões vt exponant q̃ bono cõi z bellis patrie. Quarta cautela est. q̃ sit reuerend⁹ poti⁹ q̃ timendus .ita q̃ subditi sibi obuiantes potius vereãcundent ipm q̃ timeant. Quinta cautela est. q̃ nõ solũ nõ insurgat subditis suis .sz nec familiares sui alicui insurgant nec iuueni nec iuuẽcule. Sexta cautela est. q̃ vxores ip⁹ sint familiares vxorib⁹ subdituꝝ . q̃ꝫ hoc plus diliguntur et erit cõitas min⁹ seditiosa. Septima cautela est. q̃ nõ viuant nimis delicate. aut saltẽ q̃ non appareat subditis .ne ꝓtemnant et ab eis faciliter inuadant. Octaua cautela est. q̃ bñfaciant ꝓpare ciuitatẽ et edificia cõia. Nona cautela est. q̃ videant eẽ deuoti. ita q̃ dij videant ꝑ ipis pugnare et suũ ꝑncipatũ dirigere Decima cautela est. q̃ dz honorare hoies habiles eis distribuendo officia ꝑ seipm. et malis ꝑ seipm vel ꝑ aliũ inferre supplicia. Undecima cautela ẽ. q̃ null⁹ viriles et magnanimus nimis eleuet. z si aliq; sit vel plures. vt si vnus noceat alius iuuet. Duodecima cautela est. q̃ nõ dz aliquẽ iniurgari saltem virile in corpus. nec honorare senes et amatores honoris .nec auferre pecunias ab illis q̃ nimis amant eas. et semp corrigere apparenter ꝓpter bonum patrie .nec potissime iniurgari his qui nõ videntur curare de vita .sed ponunt animam ꝑ precio. Item apparenter vnicuiq; facere iusticiam facere expensas mediocres .pulchre loqui cum oĩbus . et adulari populo. et in officijs ponere de quolibet statu. scz aliquos nobiles .aliquos mediocris status .aliquos vero minoris status .qz sic plus diligent ꝑncipatus ab oĩbus .et generaliter omnia debet facere talis tyrannus q̃bus videt diligere cõitatẽ et eius bona. et omnia ꝓtraria eius fugere. Oꝛtet aũt nõ ꝓtrariũ facere ꝓpt salutem potentratus. Et oẽs cautele (quas debet tyrãnus habere ſm ph̃m) ꝑñt reduci ad tres .scz q̃ faciant subditos insipientes impotentes z dissidẽtes seu de se inuicem diffidentes. Istis vero sic habitis nõ fiet ꝓtra ipm rebellio. qz si subditi nõ sciunt nec ꝑñt nõ facient se ditõem. Et ad istas cautelas reducunt oẽs cautele priculares quas ponit ph̃s scz excellẽtes perimere. q̃ non machinent ꝓtra illũ ꝑncipatũ. et obuiant suis cautelis sapienter destruere neq; cõmunicatões sinere. neq; solalitatẽ. neq; disciplinã. neq; aliquid tale. et oĩa facere ex q̃bus subditi sunt ignorantes et imprudentes. et ita nõ ꝑmittere scolas. Et etiã oĩa facere ex q̃bus subditi fiunt sibi inuicẽ ignoti. Prefectus populi et officiarij ipsius tyranni debent morari circa ianuas. vt nihil possit latenter ꝓtra ipm machinari. Et si aliq; assueſiant facere colloquutões q̃ a clientib⁹ tyranni capiant. et habere pedagogides .hoc est aliq̃s q̃ oĩa audiant z ei referãt et ꝓsiderẽt subditos q̃ sunt min⁹ audaces . et q̃ dicũt q̃ lateãt tyrãnũ. et occupare circa opa ita q̃ ñ possint vacare circa opa ꝓpria ne diteñ. Et ipis debẽt iferre vectigalia, ꝑcurare bella ꝯ extraneos vt ꝓtinue idigeãt a tirãno defendi. custodiri ꝑ extraneos faciat se. qz ciues ꝓpꝛ ipsum odio habent ꝓpter mala que facit policie. Et extranei vero ꝓpter lucrũ ipm diligunt. aut nõ tm oduntꝫ sicut intranei. Ite tyrannus ordinat ꝑncipatũ mulieruz supra viros vt sententiet ꝓtra ipos et vt magis opprimat eos. et vt mulieres reuelẽt eis maritoꝝ secreta Ite libertãt seruos vt eis faueant et vt ipos sustineant Ite tyrannus talis gaudet laudari et vt ei adulẽt .nec gaudet de aliquo venerabili aut libero. qz vult solũ alios excellere. oppositũ aũt est de rege. Ite vtunt cõib⁹ ꝟsus magis ad extraneos q̃ ad intraneos. qz intraneos reputant inimicos .et virtuosis ac fidelib⁹ aduersant tanq̃ inimicis sue policie. Et breuiter nihil mali videt sibi deesse. Patet ergo q̃b cautelis in genere ꝑt saluari tyrannis. Ex his dictis ꝓz responsio ad scõm articulũ. scz q̃ ꝓnceps dz suã tyrannidẽ moderari aut ipam ꝓlongare. Patet de ꝑma specie immo vt in plurib⁹ hoc ẽ vtile in qualibet tyrannide . nã ꝑ hoc q̃ subditi vident ꝑncipẽ moderari suũ ꝑncipatũ incipiunt ipm diligere. dato q̃ ꝑus ipm odierunt credentes ipm velle corrigere ꝑncipatũ suũ et ad debitũ regimẽ deducere. nõ tamẽ oꝛtet hoc eẽ vez vniuersalr. qz staret o, positum ꝓpter mores subdituꝝ. Et hec de scõo articulo huiꝰ questionis. Quantũ ad terciũ articulũ et finalẽ ponẽda sunt aliq̃ dubia ad recolligendũ pũcta. q̃ tãgit ph̃s in textu.

Dubitatur ꝓmo

Utꝫ tyrannis inter oẽs policias sit minus durabilis z facilius coꝛruptibilis Pro solutõe ꝓsiderandũ est. q̃ oblicharchia nõ est simplr policia. vt alꝫ dictũ est. ergo a fortiori nec tyrannis. Secundo quia policia est ordo ciuium inter se et ad ꝓncipem ad attingendũ finẽ politicum. ita q̃ talis sumitur ſm rationem ex vltimo fine politico qui est cõmune bonum. Sed tyrannis nõ tendit ad istum finem .sed maxime deuiat ab ipo Pro cuius maiori declaratõne secundo ꝓsiderandum q̃ est vna policia que pfectissime attingit finem politicuz scz policia regalis que est optima vt alꝫ dictum est. Omes aũt

alie policie deuiant vel a mō attingēdi illā finē. vl̄ ab illo fine. nā policie trāsgresse ab illo fine deuiant. p quē trm in eē specifico ꝺstitui deberēt. idcirco nomē policie simpl̄r amittunt. Alie ꝓo (q nō sunt transgresse scz aristocracia et thymocracia) nō deuiant ab illo fine. ſz solū a mō illū finē tangēdi. ꝓpter qđ nomē policie nō amittūt. q̄ꝫ uis sint minꝰ bone q̄ regnū. Patet ḡ q tyrānis nō est policia ſz policia transgressa. sicut hō pictus non est hō ſz est hō pictus Tamē sepe nomē policie se extendit ad oēs policias siue veras siue transgressas ꝓpter similitudinem quā hm̄ cū veris. Et ita ꝺz capi ſm talē equocationem vbicūq; ꝓbs vocat tyrannidē policiā. Sed est dubiū. vtꝝ tyrannis sit alicui naturalis. Et nota q ꝫ dubiū ꝑt dupl̄r intelligi. vno mō de ꝑncipe seu tyranno et sic dico q nō est sibi naturalis inquantū scz est hō. ḳa vt sic ꝑnceps est ciuilis. tyrannus aūt est inciuilis vt dictū est in ꝑncipio huiꝰ libri. Potest trm sibi dici naturaľ inquantū est ex cōplexione dispositus ad rapacitatē cupiditatē et ad tyrannidē. vel inquantū p tyrannidē acq̄rit ea p q̄ acq̄runt ea ad q̄ inclinaṁ. vt diuicias delicias et hmōi. Scđo mō ꝑt intelligi an sit naturalis ex parte subditoꝝ. Ad qđ ꝺz q nō. imo est maxime innaturalis et violenta. q: si sint natura liberi tunc maxime ꝓtra inclinatōem ipoꝝ est q tyrannice oppr̄mant vt postea videbiṁ. Si ꝓo sint natura serui. adhuc est ꝓtra inclinatōnem ipoꝝ q sic tyrannice reganṁ. Sz ꝓtra arguiṁ. ḳa dñs vtiṁ seruis ꝓpter eoꝝ vtilitatē. ḡ tyrannice. Itē naturale est sceleratos cogi vel oppr̄mi tyrānice. q: nesciunt regere libertatē vel pati regnū regale. Ad ꝑmuz negeṁ ꝺña. q: dñs seruis vtendo intendit bonū eoꝝ. ḳa dirigit ipos in finē politicū q̄tū sunt dirigibiles. Tyrannus vero nō sic intendit bonū subditoꝝ. ſz totū facit gr̄a vtilitatis ꝓprie. Item diceret q nō est tyrannicū vti seruis moderate. ſq: sunt dominoꝝ. sicut ē i tyrānis vt patet consideranti. Ad scđam diceret ꝓportionabiliter de sceleratis sicut de seruis Tercio ꝺsiderandum est ꝑncipaliter. q tyrannis est policia pessima Patet. tum quia maxime recedit ab intentōe cōmunis boni. nam in oblicharchia intenditur bonum alicuius cōmunitatis scz diuitum Jn democracia vero intenditur bonum alicuius multitudinis scz populi. Sed in tyrānide intenditur finis maxime ꝑuatus. scz bonuz singulare tyranni. Tum quia tyrānis est maxime innaturalis et violenta. eo q homines naturaliter liberi carent libertate et seruiliter oppr̄munṁ iniustis legibus et exactionib. et hoc maxime est violentū et innaturale Tum quia tyrannis est efficacissima ad nocendum subditis. nam sicut regnum est ad proficiendum subitis maxime efficax ꝓpter vnionē virtutis politice in ꝑncipe Sic tyrannus (in quo congregatur omnis malicia. sicut dicit pḥus asserens q nihil malignitatis sibi deest) maxime potest subditis suis nocere et etiam vult. Dum q: tyrannus impedit maxima bona cōmunitatis. scz pacē ciuium. sapientiam. patientiam. virtutem. cōfidentiam. et generaliter omnia ex quib possiṁt fieri nobiles z boni sicut dicit pḥus in textu. Tum quia quicquid repr̄ malī in oblicharchia et democracia hoc ꝯgregatur in tyrannide. Vnde tyrannus ab oblicharchia accepit ista mala. scz oppr̄mere populum. habere ipsum suspectum arma eius tollere. iniustas exactōes facere. et alia multa mala que ponuntur in oblicharchia. que diuites faciunt pauperibus. Similiter capit multa mala a democracia. scz oppr̄mere diuites et odire ipos. et sic de oīm̄bus aliis malis que faciunt pauperes diuitibus Jta q breuiter tyrannus est summa omniū maloꝝ. Et ꝓpter hoc dicit pḥus q tyrannis cōponitur ex democracia z oblicharchia. Quarto considerandum est. q quelibet policia debet hymaginari ad modum vnius corporis. z hoc ideo. quia sicut corpus ꝺz bñ dispositū qđ ꝑt exercere opatōes sibi innatas ꝓuenire. et illō corpꝰ ꝺz male dispositū. qđ nō ꝑt exercere opatōes debitas Sic ꝓportionabiliter policia est bene disposita que potest in opationes sibi debitas scz rendentes in finem politicū se dirigere. Jsta aūt debita dispositō potissime consistit in iusticia p̄incipis ad subditos et subditorum inter se quoniaz est quasi radicalis complexio ciuitatis. et sine qua nō potest bene stare nec diu permanere. vt alīs ostēsum est. Consistit etiam policia in debitis et iustis legibus quibus subditi reguntur. z sine quibus pditōni exponuntur. Jstis suppositis respondetur ad dubiū scz q tyrannis inter omes policias tam rectas q̄ꝫ transgressas est minꝰ durabilis et magis corruptibilis. Patet. quia quicquid corruptibilitatis in alijs repitur totum in tyrannide cumulatur. eo q continet totam malitiam aliaꝝ. sicut patet ex dictis. Secundo patet. quia tyrānis est sicut corpus. cuius radicalis complexio est corrupta. tale ꝫ nō ꝑt diu durare. ergo silr nec tyrānis.

Dubitatur secūdo. vtrum ꝑnceps politicus possit in aliquo casu ꝓhibere scolas. sicut de facto facit tyrannus. Pro solutōne ꝺsiderandum est. q p̄incipi ē collata potestas dirigendi subitos et ciuitatem in finez politicum. Patet. q: in hoc consistit exercitium officij sui q: se habet quasi cor influens in oia mēbra dirigēdo ipsa p spūs z calores. hoc est p veras leges tendentes in finē politicū. Scđo ꝺsiderandū. q sicut in corpe sunt mēbra deputata ad diuersa officia z opatōes deferentes. quaꝝ alique sunt nobiles. alique vero viles Sic. p ꝓportionabiliter est de p̄tib policie aliq̄ hoies debēt ordinari ad vacandū operib seruilib. Alij vero debēt vacare alijs nobilioꝝib operib. vt aliqui ad laborandum diuersis laboꝝibus Alij vero ad regendū ciuitatē z rēpublicam. et ꝓpter hoc natura fecit homines diuersos tam in corpore q̄ꝫ in mentis et anime habilitate. vnde cumq; talis habilitas ꝓueniat Tercio supponitur q scientia in subditis multum nobilitat policiam. ꝓportionabiliter sicut pspicacitas spirituum multum decorat corpus. Et ideo sicut ignorantia est ꝑncipalioꝝ ps seruitutis naturalis. sic signum seruilitatis et ipfectōnis in aliqua policia est ignorantia subditoꝝ. q: sine tali scientia policia nō ꝑt esse sibiꝑpi sufficiens nec seipam regere Jstis notatis respōdet ad dubiū. q in alīq casu ꝑnceps licite ꝑt cogere subditos suos ad studēdum imo ipos determinare ad studēdū hāc vl̄ illā sciaz Patz cū scia sit necessaria policie. z etiā suis subditz. z ipe habeat eos dirigere in finē politicū. nō ſm exigētiā ipoꝝ ſz reipublice ꝑncipaľ Exq̄ pz q licite ꝑnceps ꝑt ꝑcipe alicui subditoꝝ aliq̄ꝺ qđ ē in ꝓiudiciū sue ꝑsone z in fauorem reipublice. pz ex dictis. Scđo ꝺz. q nō ꝑt licite ꝑnceps retrahere hoies a scolis. vl̄ scolas ipedire ꝓpter ignorantiā subditoꝝ. vt scz fiant ignorātes Patz q: ḥ ē tyrannicū. vt satis ꝑtz p vnā cautelā alīs posītā. qm̄ de p se ꝑnceps nūq; ꝺz q̄rere subditoꝝ ignorātiam vt faciliter possit ꝓbari. Ex quo patet. q directe querere ignorantiam subditoꝝ ē tyrannicū. et nō ꝺz fieri a ꝑncipe

Et si dicatur contra de dñis qui ꝓhibent ne serui sui fiant clerici. Dicit q̄ nō ꝓhibent ḋn fiant clerici vel scientes. licet ꝓhibeāt q̄ non tonsurent aut eximant a seruitute. Tercio dz q̄ princeps ꝑt licite de q̄ accidens inḋrere ignorantiā subditoꝝ. vel ꝓhibere scholas. Patet cōclusio. quia nō expediret oēs se applicare z ex toto se dare studijs. q̄ in illo casu eū dz ꝓcurare qđ est expediens cōitati dz ꝓhibere scolas. nec seq̄tur q̄ de q̄ se querat ignorantiā subditorum Potest tamē raro iste casus accidere. q̄z hoīes vt in pluribus nolunt scientiaꝝ acquisitioni vacare

Dubitat tercio. vtrū vna policia semp in aliā policiaz sibi ꝓpinquiorē transmutet. Rñdetur breuiter q̄ nō. Rō est. q̄z non oꝑtet q̄ semp (cū disponit) trāsmutationi declinet ad ꝓpinquiorē policiā Nec dz hymaginari q̄ talis ꝓpinquior policia sit tanq̄ mediū respectu remotioris. ꝑqđ necessariū sit transitū fieri. Vñ multotiēs regnum transmutatur imediate in tyrannidez vt dicit pḧus. et tamen maxime distant. Silr de alijs. naz quelibet policia in quā libet aliam transmutari potest

Dubitatur quarto. vtrū alicubi expediat ꝓncipatus mulieꝝ z seruoꝝ. hoc est q̄ mulieres dominent viris z serui ꝓncipent dñis. Primo dz de seruis q̄ nō. q̄z nullo mō expedit ipos dominari literis. sed est pure tyrannicū. quia seruus nō solū nō sufficit alios dirigere in suū finē z regere ipos. sed nec sufficit seipm regere. nam in hoc fundat ratio seruitutis. vt patet ꝓmo huius. Secūdo de mulieribus q̄z non est licitū (vbi est bona dispositio ꝓ humana specie) mulieres dominari. Patet q̄z deficiūt in cōditionib⁹ req̄sitis ad principandū. vt alis satis ꝓbarum fuit. ideo tyrānicum est (vbi viri sunt bene dispositi) mulieres ꝓncipari Secūdo dz. q̄ nō videt repugnātia quin in aliqua regiōe ex parte aspectus aliquoꝝ planetaꝝ z stellaꝝ mulieres habeant subtiliores z habiliores ad principandū q̄ viri. Sicut videmus q̄ in aliq̄bus speciebus femelle sunt valentiores masculis. z etiā alicubi femelle alicuius speciei sunt debiliores. z tamē alibi z in alia regione sunt fortiores. Sic nō videt repugnare nec ex ꝑte sexus nec aliunde ḋn in aliq̄a regiōe mulieres sint viris valētiores tā in aīma q̄ in corpe. atq̄ passionū min⁹ sectatrices. hoc tñ nō est cōe. nec in regione tēperata acciderent. Et hec de tercio articulo

Ad rōnes ante oppositum in ꝓncipio questionis factas. Ad primaz (qñ dicit. quanto monarcha hz minus dominiū tanto subditi min⁹ faciunt seditiōem) negat hoc. quia ꝓ hoc minus diligit ab eis z magis inuidet Ad secundā (cum dicit. Regnum est maxime durationis rē.) cōcedo hoc. sed dico q̄ rex nō habet dominiū tantū sicut habet tyrānus Ad terciam (cum dicit. tunc expediret monarchā similē esse suis subditis) negetur cōsequentia. q̄z semp retinet apud se dominiū requisitū ad debite regendū suos subditos. si nō vult vsurpare sibi tantū quantū tyrannus si regaliter regat.

Ad quartā (cum dicitur. q̄ ad oppositū sunt cautele tyrannice rē.) Rñdetur ꝓmo. q̄ ista modificatio nō expedit in potentatu. nec est cōtra conclusionē responsalē. Secundo dz. q̄ in extremo ꝓncipatu posset prodesse in aliquo casu talis moderatio quatinus subditi inciperēt diligere ꝓncipatum. nam ad hoc debet intendere q̄libet ꝓnceps vt satisfaciat vnicuiq̄ Ad quintū (cum dicit. Rex est vt pater politice rē.) concedo intelligēdo hoc vt alis expressium ē Sed cum hoc stat q̄ debet regnū suum moderari in casu quo videret hoc esse subditis suis vtile. et ita deberet pater in regimine filioꝝ facere. Ad vltimā (cū dz Necesse est esse ꝓncipatus multos in policia rē.) concedo. Et vltra cōcedo q̄ expedit regem habere dominiū sup omnes sed nō debet tendere ad hoc vt ꝓncipatus eius fiat potētatus. z hoc satis in corpe q̄stionis dcm est. Autoritas allegata post oppositū est ꝓ dictis in questiōe. Et hec de quinto libro politicoꝝ Aristotelis dicta sufficiant

¶Explicit q̄ntus liber politicoꝝ Aresto.

¶Sequitur sextus liber politicoꝝ Aresto.

Uot q̄dem ergo differētie et q̄ eius qđ consiliatiuū et dominans policie z eius q̄ circa ꝓncipatus ordinis. z de ꝓtoꝝ z qualia ad qualē policiā coordinata sunt. Adhuc aūt de correctione z salvatione policiaꝝ ex qualibet sit z ꝓpter quas cās dictū est ꝓius. Quoniā aūt fuerūt species plures democracie exīntes z aliaꝝ similr policiarū simulq̄ de alijs si q̄d residuū non deterius cōsiderare z modū ꝓgruū et cōferentē assignare ad vnāquanq̄. Adhuc autem et collectiones ipo rum dictoꝝ omniū modoꝝ cōsiderandū. Hec em̄ cōbinata faciunt policias variari vt aristocracie sint oligarchie z policie sint magis democracie. Dico aūt cōbinationes quas oportz quidem cōsiderare. non sunt aūt cōsiderate nūc puta si quod q̄dem cōsilians z q̄ circa electionem ꝓncipatuū oligarchie fuerit institutū Que autē circa pretoria aristocratice. aut hoc quidē z quod circa cōsilians oligarchie. aristocracie aūt qđ circa electōes ꝓncipatuū. aut ḋm aliquē aliū modū. nō oīa ꝓponant que policie cōuenientia. Qualis q̄dez igit democracia ad qualē ꝓgruit ciuitatē. Silr aūt z q̄lis oligarchiaꝝ quali multitudini. z reliquaꝝ autez policiaꝝ quid q̄bus expediat dictum est ꝓius

Attamẽ oportet fieri palam non solum qualis
harum policiarũ sit optima ciuitatiby. Sed et
qualiter oportet instituere z has z alias pertra
ctemus breuiter. Et primo de democracia di/
camus. similr em̃ z de opposita policia Ma/
nifestũ hoc aũt est. quã vocant q̃dam oblicbar
chiam. Sumendũ aũt ad hanc methodũ om/
nia que de democracia. z que videnť democra
cijs assequi. Ex bis em̃ cõpositis democracie
spẽs fieri accidit. z democracias plures vna eẽ
et differẽtes. due em̃ sunt cause ꝓpter quas de
mocracie sunt plures. Primo q̃dem que dicta
est ꝑus. quia diuersi populi. Fit em̃ q̃dem bic
agricola multitudo. bic aũt bannausum z mer
cennariũ. Quoꝝ primo assumpto cum secũdo
et tercio rursum cũ ambobꝫ non soluꝫ differt in
fieri meliorẽ z deteriorẽ democraciaꝫ. sed ex eo
q̃ nõ eandẽ. Secũda aũt de qua nunc dicim9
que em̃ democracijs assequunť z videnť eẽ pro
pria policie eius simul posita faciũt democra/
cias alias huic q̃dem em̃ pauciora. huic autez
assequunť plura. huic aũt omnia. Oportunũ au
tem vnũquodq̃ ipsoꝝ cognoscere ad instituen
dum quãcunq̃ ipsaꝝ. aliq̃s extiterit volens et
ad directiones Querũt q̃dem em̃ qui policias
ꝓstituunt omnia cõuenientia ad bypothesim
cõgregare. Peccant aũt boc facientes quẽad/
modũ in bis que circa corruptões et saluatio/
nes policiaꝝ dictũ est ꝑius Nunc aũt exigen/
tias z mores. z que appetũt dicamus. Hypo
thesis q̃dez ergo democratice policie libertas
boc em̃ dicere cõsueuerũt tanq̃ in sola hac po
licia ꝑticipãtes libertate. boc em̃ coniecturare
aiunt omnẽ democraciã. Libertatis aũt vnuꝫ
quidẽ in parte subijci z ꝓncipari. Et em̃ iustuꝫ
democraticũ est habere eq̃le ſm numerũ sz nõ
ſm dignitatẽ. Huius aũt existẽtis iusti multi/
tudinẽ necessariũ esse dominãz q̃cunq̃ videa
tur pluribꝫ boc esse finẽ. z boc esse quod iustuꝫ
Aiunt em̃ optere equale habere vnũquemq̃ ci
uiũ. Quare in democracijs accidit magis do
minos eẽ egenos diuitiby plures em̃ sunt. do
minãs aũt q̃ pluribꝫ visum Unũ q̃dem g̃ li/
bertatis signũ boc q̃dẽ terminũ policie ponũt
oẽs q̃ democrici Unũ ãt viuere vt vult q̃s. ℔ em̃
opus libertatis esse aiũt. sic̃dem seruiẽtis ipm
viuere nõ vt vult democracie q̃dem g̃ termin9
iste secũdus. Hinc aũt venit id q̃ nõ est nõ subij/
ci: Maxime aũt sub nullo. Si aũt nõ ſm ꝓtẽz
facit boc ad libertatẽ eaz q̃ ſm equale. Talibꝫ
aũt suppositis z tali exũte ꝓncipatu talia demo
cia .s. eligere ꝓncipatus omẽs ex oĩbus ꝓnci/
pari. Omẽs q̃dem sup vnũquodq̃. vnũquoq̃z
aũt in ꝓte sup oẽs vel q̃buscũq̃ sortiales eẽ ꝓn
cipatus vel omẽs vel quicũq̃ nõ indigent expe
rientia et arte nõ ab honorabilitate aliq̃ eẽ ꝓn/
cipatus aut q̃s paruissima Nõ bis eundẽ ꝓtici
pari nullo ꝓncipatu aut raro aut paucis exẽp/
tis bis q̃ penes belluꝫ pauci tpis esse ꝓncipatꝰ
vel oẽs vl q̃scũq̃ ꝓtigit iudicare oẽs vl ex oĩby
et de oĩbus vel de plurimis z de maximis z de
ꝓncipalissimis puta de correctionibꝫ z de po/
licia z de ꝑtibus cõmutationibꝫ. Cõgregatõez
dominã esse oĩm principatuuꝫ aut esse nullum
nullius aut q̃s paucissimoꝝ aut maximoꝝ do/
minã. Principatuũ aũt maxime demoticũ cõsi
liũ vbi non mercedis de factis oĩbus Hic em̃
auferunt z huius ꝓncipatus potentiã. ad seip
sum em̃ reducit iudicia omnia populus abun/
dans precio. sicut dcm̃ fuit ꝑus in methodo q̃
ante banc. Deinde ꝑmiare maxime q̃dem oẽs
congregationũ ꝑtoria ꝓncipatus. Si aũt non
ꝓncipatus z ꝑtoria z ꝑsilia z ꝯgregatões ꝑci/
puas aut ꝓncipatuũ necesse ꝓuiuare cũ inuicẽ
Ad boc aũt em̃ qm̃ oblicbarchia z genere z di
uitijs et disciplina determinať. que demotica

videnꝫ cõtraria hoꝝ esse ignobilitate pauptate bannausia. In ꝓncipatibꝫ nullũ ꝑpetuum esse Si aũt aliqs deficiat ex antiqua trãsmutatiõe tunc circũtollere potentiã ipius. ꝛ ex eligibilibus sortiales facere. Cõmunia ꝙdem ergo democracie hec sunt. Accidit aũt ex iusto cõfessõ esse democratico. hoc aũt equale habeꝫ oĩes ſm numerum q̃ maxime videnꝫ esse democracia ꝛ demus. Eq̃le em̃ nihil magis principari egenos q̃ diuites. neq; dños esse solos. ſz oẽs ex equo ſm magis. Sic em̃ vtiq; putabũt existere equalitatẽ ciuitati ꝛ libertatem

Uoniam aũt post hec dubitaꝫ qũo habebunt. q̃ eq̃le vtrũ optet honorabilitates diuidere ipis mille eas que ꝙngentoꝝ. ꝛ ipsos mille eq̃les posse ꝙngentis. aut nõ sic optet poni in his eq̃litatẽ. sed diuidere sic. Deiñ ex quingentis eq̃les accipientẽ ꝛ ex mille hos dños eẽ diuisionũ ꝛ ꝓtorioꝝ. Utrũ g̃ hec q̃ ſm multitudinẽ honorabilitãt policia instissima ſm democticũ iustũ aut magis q̃ ſm multitudinẽ. Aiunt em̃ demotici hoc iustũ quodcũq; videaꝫ pluribus. oblicharchia aũt quodcũq; videaꝫ amplioꝛi substãtie. ſm multitudinẽ em̃ substãtie aiũt optere iudicari. Habẽt aũt ambo inequalitatẽ et iniusticiã. Sed ꝙdem em̃ quodcũq; q̃ pauci tyrãnis. Et em̃ si vnus habeat plura alijs diuitibus. ſm oblicharchicũ iustũ principari soluz iustũ. Si aũt qõcunq; q̃ plures ſm numerũ iniusta agẽt de populares q̃ diuitũ ꝛ paucoꝝ. sicut dictũ est prius. Que g̃ vtiq; erit equalitas quã cõsitenꝫ vtriq; cõsiderandũ ex q̃bus iustis determinant vtriq; Dicũt em̃ q̃ quodcũq; videbiꝫ pluribꝫ ciuiũ. hoc optet esse dominans. sit itaq; hoc non tñ oĩno. Sed qm̃ due ptes existũt ex q̃bꝫ ciuitas ꝛ diuites ꝛ pauꝑes qõcũq; vtrisq; videaꝫ vel pluribꝫ hoc sit qõ dñans. Si aũt ꝛtraria videanꝫ qõcunq; q̃ plures ꝛ q̃ꝝ honorabilitas amplioꝛ puta si hi q̃dẽ decẽ. hi aũt viginti. videbaꝫ autẽ diuitũ ꝙdem ipis ſex pauperioꝝ aũt ipis ꝙndecim Adiungaꝫ autẽ pauperibꝫ ꝙdẽ diuitũ q̃ttuoꝛ. diuitibꝫ aũt pauꝑ ꝙnq;. Quoꝝũcunq; g̃ honorabilitas excedit sil̃ numeratis vtriq; hoc dñans vtrisq; Si aũt eq̃les euenerint cõem hãc putandã esse dubitationẽ. Sicut nũc si diuisa in duo cõgregatio fiat vl̃ ꝓtoriũ aut em̃ sortiẽdũ aut aliq̃d aliõ tale faciendũ. Sed de equali quidez ꝛ iusto q̃ꝝ iuis sit valde difficile inuenire veritatẽ de ipsis tñ facilius sortiri q̃ ꝓmittere potẽtes supgredi semꝑ em̃ querũt quod iustũ ꝛ quod equale qui minoꝛes preminẽtes aut nihil curant

Jrca initium sexti libri

politicoꝝ est aduertendũ q̃ phs in isto libro docet instituere policias transgressas ꝛ illas conseruare q̃m docet instituere ꝛ saluare oblicharchiã ꝛ democraciaz. ideo tractandum est de istis policijs in generali postq̃ in libro p̃ceden̄ti visum est de tyrannide. Pro cuius declaratione supponendũ est q̃ oblicharchia ꝛ democracia sunt policie trãsgresse. q̃ vt añ satis declaratũ fuit. iste deuiant a recto fine ſz a bono cõmuni. ꝛ intendũt finẽ ꝓpriatũ ſz in prima diuitias principantibꝫ. ꝛ in secunda libertatẽ. ꝛ ideo ordinãt istas policias in hm̃oi fines. Ordo aũt istaruz policiarum ad alias est. quia cum tyrannis sit pessima et omniũ maloꝝ summã cõtinens. necesse est illam esse peioꝛez que magis huic assimilatur. sicut melioꝛ post regnũ est que illi magis approximquat. in signũ cuius vltime spes earuz ſz transgressaꝝ q̃dam tyrãnides vocanꝫ. vt ait philosophus Oblicharchia ergo magis accedit ad tyrannidẽ. eo q̃ in ea attendit finis magis ꝓpatus. ſ. vtilitas diuitũ ꝓncipãtiuz q̃ꝝ sit libertas totius populi q̃ intendit in democratia

